LAPIDUM

DE DIALECTO ATTICA

TESTIMONIA

COLLEGIT ATQUE DISPOSUIT

H. VAN HERWERDEN

TRAIECTI AD RHENUM
APUD J. L. BEIJERS
MDCCCLXXX

LAPIDUM

DE DIALECTO ATTICA

TESTIMONIA

COLLEGIT ATQUE DISPOSUIT

H. VAN HERWERDEN

TRAIECTI AD RHENUM
APUD J. L. BEIJERS
MDCCCLXXX

LUGD.-BAT., TYPIS: L. VAN NIFTERIK HZ.

MONITUM.

Ne quis hunc libellum consulens addenda et corrigenda (pag. 79—83) simul inspicere supersedeat, neve obliviscatur praecipuum harum notularum fontem corpus inscriptionum Atticarum absolutum nondum esse et novos semper titulos in lucem protrahi. His quoqne in rebus dies diem docet. — Brevitatis studiosus plerumque non contuli, cuius rei unicuique copia est, optimorum codicum veterumque grammaticorum testimonia.

INTRODUCTIO.

Quum semper constiterit inter omnes veros philologos, optimum quemque scriptorem veterem omni vitiorum genere contaminatum ad nos pervenisse, a renatis inde litteris homines eruditi id egerunt, ut partim meliorum liberorum praesidio veterumque grammaticorum testimoniis nixi partim, ubi illa deficerent, insita humanae menti iudicandi et divinandi facultate confisi veterum scripta semper emendatiora ederent. Mature autem intellectum est in iis quaestionibus, quae ad grammaticam pertinerent, illa subsidia quantumvis necessaria, praestantia tamen longe superari certis et indubitabilibus domesticis numorum atque inscriptionum testimoniis. Namque ut corruptorum locorum sententia aut melioris codicis ope aliusve veteris scriptoris testimonio aut felici criticorum sagacitate persaepe ita restituta est et restituitur, ut nullus sit dubitandi locus, ita in constituenda praesertim vera nominum propriorum et appellativorum ceterorumque vocabulorum omnium forma et orthographia, quae tum usu valebat quum quisque scriptor florebat, manifesto aliquanto plus valere oportet aequalium testimonia quam aut sero viventium grammaticorum opiniones, quos cum saepe plane falsa

tradidisse tum non raro recentiore usu deceptos esse constat, aut acutissimae doctissimorum hominum fallaci interdum analogiae superstructae coniecturae.

Ostendunt vero inscriptiones (quarum in hoc genere utilitas quanto longius pateat quam numorum etiam me tacente satis intelligitur) non tantum florentis linguae per singulas aetates vicissitudines, sed etiam haud spernenda indicia continent, quibus fere temporibus bona pars vitiosarum formarum, quae non solum apud sequiores scriptores leguntur, verum etiam antiquissimo et optimo cuique veterum a librariis saepe obtrusae sunt, increbescere coeperint, nec vero deficiunt in iisdem rusticae plebeiaeque vel bona aetate, ut expectari poterat, pronuntiationis ususve vestigia.

Diu est ex quo hoc monumentorum genus in lucem protrahi coeptum est, sed quamdiu in plurimis libris separatim nec satis diligenter edita paene delitescebant, grammaticae Graecae (hanc enim solam nunc specto) exiguus erat, utpote et difficilior et incertior, harum opum usus fructusque, qui mirifice auctus est posteaquam AUGUSTUS BOECKHIUS condidit immortale suum opus, quod Corpus Inscriptionum Graecarum inscribitur. Verum enim vero is qui Atticam dialectum, qua longe plerosque et optimos scriptores Graecos usos esse nemo ignorat, accuratius cognoscere cupit, multo et commodius et melius consulet Corpus Inscriptionum Atticarum, quod sumtibus Academiae Regiae Borussicae inde ab a. 1873 curare coepit ADOLPHUS KIRCHHOFFIUS, adiutus a viris doctissimis KOEHLERO et DITTENBERGERO, quo, ut ipsius editoris verbis utar, et Boeckhianae collectionis tituli (Attici) denuo recensiti omnes et recens quotcumque accesserunt in unum coniuncti continerentur. Opus sic divisum ut prima pars complecteretur inscriptiones Euclide vetustiores, secunda insequentium seculorum monumenta ad Augusti usque tempora, tertia im-

peratoriae aetatis titulos. Cuius operis hodie pars longe maxima et praecipua tribus voluminibus et quarti parte contenta eruditorum manibus teritur.

Iam decem fere sunt anni ex quo NICOLAUS WECKLEINIUS ope collectionis Boeckhianae et aliarum condidit utilissimum libellum, Curas epigraphicas ad grammaticam Graecam et poetas scenicos pertinentes, ea diligentia ut plerasque quas ille attigit quaestiones hodie retractare nihil opus sit. Sed complura vir eximius aut verbo aut omnino non tetigit, quae quum et scriptorum Atticorum editoribus et grammaticis scire sit utilissimum, ipse his novis praesidiis instructus bonam partem eorum quae ille omisit strictimve attigit quam diligentissime tractare aggressus sum in hoc opusculo, quod simul quasi supplementum libri Weckleiniani esse volui. Cuius supplementi quo facilior foret usus, eam partem quae praesertim nominum propriorum ceterorumque vocabulorum orthographiam et etymologiam spectaret lexicographorum more disposui *κατὰ στοιχεῖον*, seiunctis iis syntacticis, quae facile separatim uno capite tractari possent. Miscellaneas enim quasdam observationes syntacticas, quarum materiem minime exhausi, commodius vocabulorum indici inseri posse opinabar.

Huius igitur libelli argumentum per quatuor capita sic descripsi ut agerem:

CAPITE I. de confusione vocalium et diphthongorum.

CAPITE II. de nominibus propriis, et quidem

§ 1. de nominum propriorum in *γένης, κλέης, κράτης, μένης, μήδης, σθένης, τέλης* et *Φάνης* genetivis heterocliticis in ΟΥ.

§ 2. de aspiratione in nomine *Καλχηδών*.

§ 3. de aliorum nominum formis.

§ 4. de adverbiis demoticis, quorum scriptura titulis Atticis stabilitur.

Capite III. de vocabulis vocabulorumque formis aliisque rebus grammaticis quacumque de causa notabilibus.

Capite IV. de syntaxi.

§ 1. de coniunctionibus finalibus.

§ 2. de ceteris coniunctionibus et particulis.

Fieri potest, ut multi docti Germani, qui in hoc studiorum genere toti sunt, parum aut nihil novi in hoc meo opusculo sint reperturi, sed nostris certe philologis, quorum longe maior pars harum rerum rudis esse solet, me rem neque ingratam neque inutilem aggressum esse habeo persuasissimum, quum praesertim neque ipsi otio affluant neque corpus inscriptionum Atticarum unicuique sit parabile. Non vanam igitur gloriolam (quae quam exigua foret optime sentio) captans non sine taedio haec titulorum testimonia collegi, sed ut multorum e nostratibus et nonnullorum fortasse peregrinorum commodis et utilitati prospicerem, eo quoque compulsus quod, si ex indice ad primum volumen licet facere coniecturam, exigua spes esse videtur, ut perfecto operi locuples index rerum grammaticarum ab editoribus subiungatur.

CAPUT PRIMUM.

De confusione vocalium et diphthongorum.

1) Satis iam antiqua est confusio vocalis H et diphthongi EI. II 82 Χολλήδης pro Χολλείδης. II 14 (Ol. 98, 2) ὁπόσην δ' αὐτοὶ ἠργάζοντο. II 240 (Ol. 118, 2) ἐξηργάσατο. II 403 (exeunte sec. III), 37 ἀνατεθηκότων. II 469, 22 'Αθηνᾷ τῇ Σωτήρᾳ. II 470, 20 καθῆλκον. II 482, 23 ἀγῶσιν ἔν τε τοῖς Θησιής(ις) — ἐν τοῖς 'Αντωνιήοις, ubi pro Θησιήοις expectabam Θησήοις. Augusti praesertim aetate frequens fit iste scribendi usus. III 39 est ἦτα pro εἶτα. III 343 Λαδαμήας, Μηδήου. III 353 et 376 ἱερήας. III 368 σωτήρας. 452 'Αρήου, cf. 567 (1 sec. a. C.) et 587 (paullo a. C.). Καισαρήων 652 (57 p. C.), cf. 788. 789 (ibique Dittenbergerus). 886. 1079 (45 p. C.) Γερμανικήοις.

2) Similiter subinde HI ponitur pro EI, ut II 557 (aetate Demosthenis) est λῃτουργεῖ, II 90, 8 τῷ γραμματῇ τῆς βουλῆς, et sic in titulo medii seculi quarti a Chr., cuius numerum non satis diligenter notavi, ἐν ἀκροπόλῃ legere me memini. Sed legitur sic. v. c. II 162 fr. *a* et *b*, 12 (a. 335/4 a. C.).

3) Verum longe longeque crebrior est usus scribendi EI pro HI imprimis in dativo singulari primae declinationis, ut iam Ol. 106, 1 in titulo II 90 sit ἐν εἶ. II 114 (Ol. 109,

2) τεῖ, αὐτεῖ, II 171 ἐν ςήλει λιθίνει et talia persaepe. Eodem pertinet τιμήσει (= τιμήσῃ) II 114 et ibidem εἰρέθη, et εἰρέθησαν II 595 et ἐπεινέκασι II add. nov. 567 *b*. (sec. III exeunte). Idem scribendi mos saepe observari potest in aetatis imperatoriae monumentis. Rarissimum est EI pro H, quod offendi II 628 (sec. II a. C. exeunte) ἐκ τῶν ἐπιμελειτειῶν.

4) Indidem explicanda videtur consuetudo satis antiqua scribendi tribuum nomina per ει pro ηι. II 55 (Ol. 104, 2 = 363/2) Οἰνεὶς iuxta Οἰνηΐδος. Add. nov. II 256 *b* (Ol. 119, 1 = 304/3 a. C.) Οἰνεῖδος. II 567 (a. 285/4) Αἰγεῖδος. Cf. II 444, 45. 52. 54. 56. 78. 87, 445. Ibid. Ἐρεχθεῖδος et Αἰγε[ί]ς. Eaedem formae longe frequentius quam alterae reperiuntur in titulis aetatis imperatoriae, velut III 1049. 1113. 1123. 1131. 1137. 1138. 1120. 1128. Hoc vero dubites utrum cum Kirchhoffio facias diphthongum (Αἰγεῖδος cett.) an cum Dittenbergero seorsim ponas vocales (Αἰγεΐδος). Pro illo facere videtur, quod III 1113 (sec. II p. C.) legitur Οἰνίδος et Ἐρεχθίδος. Sed ita edendum fuerit Οἰνῖδος, Ἐρεχθῖδος, quia diphtongus EI in I abiisse videtur. Vid. infra ad 6). In titulo III 73 (sec. III ineunte aut II exeunte scripto) est αὐθειμερί (sic).

5) Aetate imperatoria nihil est frequentius quam EI positum pro I longo, ut in Νεικίας, Ἐλευσείνιον, τειμᾶν, γείνηται, Ἀφροδείσιος, Ἐπαφρόδειτος, κεινουμένων, ἀποκρεινόμεθα, συνοδείτης, ὑμεῖν, ἡμεῖν, νεικᾶν, πολείτης, Οὐειψτανός, aliis sexcentis; quo non refero τεῖσαι et μειγνύναι quaeque inde ducuntur, quia haec optima aetate legitima scriptura est nostris quoque scriptoribus Atticis aliquando reddenda, nec magis huc pertinet Ποτειδαία, quae legitima nominis forma est pro Ποτιδαία, quod plerumque vel hodie edi solet in Atticorum scriptis. Cf. I 340. 442. 446. 235—244.

Dittenbergero ad III 628 sq. si credimus, ea scribendi ratio constanter adhiberi coepta est non ante seculum II p. C.

Attamen III 652, quem titulum aut anno 57 p. C. aut aliquot annis ante exaratum esse iure dixit, utrumque I longum quod ibi exstat scriptum est per EI, in Φιλείνου et ὁπλειτῶν. Etiam multo antiquiora hic illic exempla reperiuntur velut Φιλοτειμοῦνται, II 624, 34, et γείνεσθαι ib. 5.

6) Inversa ratione I longum positum pro EI me primum advertit in titulis sec. I a. C. partis alterius. II 482 39—32) 8 ἰσιτητήρια (falsa est quam scriptores nostri habent formam εἰσιτήρια. Cf. cap. III in voce). Ibidem 16 ἐπιδή. ib. 67 ἐπιδικνύμενον. Add. 489 b (39—32 a. C.). 4 ἱκάδας. III 23 (2 p. C.) ἰσιέναι. 25 καταστα θῖσι. 38 ἰς. 53 ἴξασαν. 77 Μεταγιτνιῶνος. 183 Ποσιδῶνι. 183 Ὑγίᾳ. 199 ὄνιρος. 440 Ἀρίου. 456 Πιραιεύς (sec. I p. C.) Εὐγίτονος (aet. Aug.) et ib. λιτουργός. 1076 Στιριεύς. Incertum an eodem pertineat III 895 (qui titulus Flaviorum temporibus non est anterior) εὐσεβίας pro εὐσεβείας, quae forma pedestri orationi propria est. Quod Thucydidi hucusque vindicabam formam ὠφέλεια pro ὠφελία, id iniuria me fecisse nunc existimo propter vetustam inscriptionem I 85, 3 τὰ ἐν ὠφελίᾳ. Cf. Ionicum ὠφελίη. Hanc igitur in libris nondum mihi editis tuebor. Ad hoc caput non pertinet οἰκτίρω; hanc enim bona aetate legitimam formam esse pro οἰκτείρω hodie ex titulis Atticis satis constat. Idem valet de Στάγιρος, quae urbs in editionibus nostris perperam Στάγειρος audire solet. De illo cf. I 463. IV 477 E, de hoc I 230—239. 241 sq. 255 sq. 259. Sic Ποσιδεών legitimum mensis Attici nomen esse videtur. Cf. II 578 (sec. IV), 36. II 238. 256 (304/3 a. C.) 317, alibi constanter, et (quod est aliquanto antiquius) Ποσιδηίων. Cf. I 283, qui titulus etsi exaratus inter Ol. 94, 2 et 102 continet acta Ol. 86, 3 et 4. Fallitur Dittenbergerus ad III 77. Sequiore aevo modo per vocalem modo per diphthongum hoc nomen exaratur. Cf. III 1096. 1120 cum III 1119. 1121. 1122. al.

7) Sensim paullatimque longius gliscente errore etiam I

breve in EI verti coeptum est, nec tantum ubi positione longa fit syllaba ut in *βαδείζοντος* (111 5), sed etiam ubi nulla est positio. Sic III 48 est *εὐποιείας*, III 53 *'Αείδαο*, III 59 *Παιανιειεύς* (an *Παιανειεύς*?), III 100 *γυμνασειαρχήσας*, III 127 *'Ελευθέρεια* et *'Ολύμπεια*, III 129 et 134 *ἰατρείνῃ*, III 317 *Φείλινος*. Quod ante alteram secundi p. Chr. seculum factum esse negat Dittenbergerus ad III 53, qui tamen vereor ne refellatur titulo III 889, in quo est *ἡρωείνην*, quem titulum ipse ad Claudii aut Neronis referendum esse tempora non sine causa contendit, et saltem a. 126 p. C. antiquiorem esse numerus sexcentorum senatorum demonstrat. Nec valde recens videtur titulus II 471, ubi vs. 69 est *πολυάνδρε[ιον]*, qaod utrum *πολυάνδρειον* an *πολυανδρεῖον* cum Koehlero edendum sit dubitari potest. Apud scriptores constanter, quod sciam, est *πολυάνδριον*.

9) Eo autem progressa est licentia ut duobus locis pro brevi I scriptum sit IEI vel IH, nempe III 59 *Παιανιειεύς* et II 482, 23 *Θησιήοις*, nisi forte, ut suis locis significavi, utrobique vocalis originem debeat lapicidae socordiae. At vide quae mox (sub. 14) afferam de EI pro IEI posito.

9) H pro I positi in inscriptionibus Atticis nullum satis certum mihi innotuit exemplum. Nam quod III 1175 (c. 200 p. Chr.) scriptum exstat *'Αφροδήσιος* id haud scio an potius pro *'Αφροδείσιος* scriptum esse censeri debeat (Vide ad 1).

10) Υ pro I positum videtur III 226 in *Πυτθέως* pro *Πιτθέως* (cf. Dittenbergerus) et III 1156 (190—200 p. Chr.) *Μουνυχιῶνα* pro *Μουνιχιῶνα*, ut etiam aetate imperatoria, non aliter quam olim, alibi constanter scribi solet. Tam sero nata est forma pessima, quae hucusque omnes sriptorum graecorum editiones deturpat. Idem valet de *Μουνυχία*. Item huc pertinet *βυβλίων* II 478 *d*. 1. Cf. II add. 1 *b*, 6 (a. 403 a. C.) ubi recte est *βιβλίον*. Iam satis antiqua est minus proba scriptura *Αμφικτύονες* pro *'Αμφικτίονες*, quae tamen est longe usitatior.

Illam primum reperio in lege Amphictionica (Ol. 100, 1 = 380/79 a. C.) II 545, deinde a. 363/2 II 54, tum anno fere 137 a. C. II 552, fragm. *c* vs. 3 et in subscriptione eius tituli. Cf. I 110. II 551 sq. al.

11) Υ pro ΕΙ est III 925 in Εἰλυθείᾳ, quae forma nominis est duplici nomine vitiosa. Sed lapidarii σφάλμα esse potest pro Εἰλειθύᾳ, ut est Ὠρείθυα tab. nav. I *b*. 60, IV *d*. 20, alibi pro Ὠρείθυια, et in participio Perfecti Act. frequens est bona aetate ῦα pro υῖα. Cf. tab. nav. IV f. 20 πεπλευκύας, XI *b*. 170 κατεαγῦα. XV w. 150 παρειληφῦα. Cf. infra ad 17). Sed vid. mox 13).

12) ΟΙ pro Υ nusquam offendi praeterquam in recentissima inscriptione III 1179 in turpissima forma Ποιανεψιῶνα.

13) ΕΙ pro ΥΙ (excepto Εἰλυθείᾳ) non repperi praeterquam in uno participio γεγονεῖα pro γεγονυῖα, quod iam altero ante Chr. seculo apparet in titulis II 467, 92. 471, 27. 68. 593 et 624.

14) ΕΙ pro ΙΕΙ in ὑγεία et nomine proprio Ὑγεῖνος iam habent Augusteae aetatis inscriptiones. Cf. III 99. 102. 132. 138. 171, 5. 460. 532. 1128, add. 65 *a. e. f.* 132 *e. i. r.* cett. Proba forma est III 68 *a*. 132 *a*. et *d*. alibi.

15) Ε pro ΕΙ positum est in χοιρέων pro χοιρείων III 73 et 74, recentissimis sane titulis, sed ad seculum tertium ante Christum refertur inscriptio II 603, ubi legitur Ἡρακλέῳ et Μεσόγεοι (cf. 604), et ad alteram partem seculi IVti a. C. titulus II 610, in quo vs. 4 est τῇ ἱερέᾳ, quae inscriptiones non sunt ita vetustae, ut E veteris litteraturae more diphtongum significare potuerit. Inversa ratione bona aetate interdum perf. pass. III p. S. verbi φέρειν scribitur per EI pro E ἐνήνειγκται. Cf. Tab. Nav. Ia (Ol. 101, 4) 4, 7, 27, 63, alibi.

16) ΕΙ pro Ε et ΟΙ pro Ο. Antiquissimum, quod sciam, exemplum est in monumento, ut magis ex litterarum specie quam ex

litteraturae genere apparet Euclide haud paullo vetustiore, titulum volo I 25, ubi totidem litteris exaratum est ΔΟΡΕΙΑΝ, i. e. δωρειάν, unde apparet in hoc vocabulo iota esse genuinum non epentheticum, nam, sin minus, hac littèratura non foret expressum. Hoc movisse videtur A. v. Bamberg in Zeitschr. f. d. gymn. 1874 p. 620 ut hanc vocabuli formam pro vulgari δωρεάν redderet Sophocli Aiac. 1032:

οὗτος δ' ἐκείνου τήνδε δ ω ρ ε ὰ ν ἔχων
πρὸς τοῦδ' ὤλωλε θανασίμῳ πεσήματι

eamque N. Wecklein in novissima editione (Monaci 1880) recepit in textum. Quod tamen recte factum esse non satis constat, quia anno iam tertio post Sophoclem mortuum (a. 403) alteram formam in usu fuisse docet inscriptio II a d d. 1 *b*, ubi vs. 32 legitur: Πο]σῇ δ ω ρ ε ὰ ν τὸν δῆμον ἀνδραγαθίας ἕνεκα κτέ., dum vs. 23 scriptum est δοῦναι αὐτῷ τὸν δῆμο]ν δ ω ρ ε ι ὰ ν πεντακοσίας δραχμάς, Quare periculosius est statuere paucis annis ante eandem formam Athenis usu tritam nondum fuisse. Ubi autem optio dabatur inter utramque, poetam formam spondeacam formae iambicae praetulisse in versu iambico haud facile credam. Sed, utut hac de re statuetur, sequenti aetate constat iuxta formam vocabuli in nostris Atticorum editionibus constanter repertam, hic illic in inscriptionibus apparere δωρειά. II a d d. 115 *b* (med. sec. IV) 2 et II 311, 21 est δωρειῶν. II 115 δωρειαί, sed altera forma est ibidem 268, II 121, 20 editores, suadente ut opinor spatio, suppleverunt [δωρει]άν. II 119 (med. sec. IV) est δ ε ί ω ν τ α ι pro δέωνται, II 167 (aet. Lycurgi oratoris) δείηται et προσδείηται, II 573 (med. sec. IV) 10 κείωνται pro κέωνται. Magis etiam mirabilia sunt: II 115 *b* (med. sec. IV) 30 et 47 et II a d d. n o v. 14 *b* (387/6), 11 et 115 *b* 30 et 47 (s. IV a. C.) εἰάν pro ἐάν. 115 *b*, 13 εἰαυτόν. II 168, 20 sq. (3331, 2 a. C.) ἱδρυσείως. II 311, 49 (286/5 a. C.) πρέσβειων. II 277 γραμματεῖα pro

γραμματέα, II 263 (303/2 a. C.), 15 *πρὸς τὸν βασιλεῖα*. II 580 (324/3 a. C.) 2 et 8 *Ἀντικλείους*. Post priorem seculi III a. C. partem nulla amplius in titulis Atticis offendi exempla, ita ut hic scribendi mos in desuetudinem abiisse iam pridem videatur. Difficile autem est ad credendum in istis scripturis EI umquam veram fuisse diphthongum et potius crediderim, ut fuit Attica dialectus hiatui inimica, litteram I vice functam esse consonantis, quae vocalium concursum mitigaret, ut illa aetate fere pronuntiarent d o r e j a, d e j o o n t a i, h i d r y s e j o o s, g r a m m a t e j a, b a s i l e j a, nec fere dubito quin olim ea scriptura hic illic pro pereunti digamma substituta sit, ipsa mox, cum sonus esset perlevis, peritura. Quod si ita est, potius scribendum fuerit *βασιλέια*, et *ἱδρυσέιως*, et *γραμματέια* et *Ἀντικλέιους* quam *βασιλεῖα*, *ἱδρυσείως*, *γραμματεῖα*, *Ἀντικλείους*. Ad idem genus recte Köhlerus rettulit II 314 (284/3 a. C.) *Βοιηδρομιῶνος*. II 269 (302/1 a. C.) *ὀγδοίης*. II 121 (3381, 7) *βο[ι]ηθήσαντας*. Nihil horum umquam a poetis Atticis productum est, ut sunt *ποιεῖν*, (*ποεῖν*), *τοιοῦτος*, (*τοοῦτος*) *στοιά*, *Πειραιεύς*, *δείλαιος*, alia, in quibus diversane an similis fuerit litterae istius origo alii dirimant. Quid de horum vocabulorum orthographia et de *αἰεί*, *αἰετός*, *ἐλαία*, *καίω*, *κλαίω* doceant inscriptiones, satis diligenter exposuit Wecklein in c u r i s E p i g r a p h i c i s. Eodem pertinere videtur Homerica productio in *εἵως κλείω*, *κρείων*, *δείους*, *σπείους*, *λείουσι*, *εἶαρ*, *Ἑρμείας*, *εἰχνός*, aliis sexcentis. Quod III 162 legitur *αἴτωμα* pro *αἰέτωμα*, similem syncopen passa est vox antiqua *αἰέλουρος*, unde natum est *αἴλουρος*.

17) *Ὑός* pro *υἱός* bona aetate constanter scribitur in Atticorum monumentis, si exceperis titulos poeticos IV 373 *e* (cf. Thuc. VI 54):

μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος Ἱππίου υ ἱ ό ς
θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει

et I 397 in tetrasticho sec. V a. C., vs. 3

Αἰγιλιεύς υἱὸς Δημητρίου κτέ.

utrobique requirente metro, non aliter quam postulante eodem I 398 est forma sine ἰῶτα

Διογέν[ης] ἀνέθηκεν Αἰσχύλου ὑὺς Κεφ[α]λῆος

ubi ὑὺς in unam syllabam longam contrahi numeri docent. Cf. IV pag. 44. Valde autem memorabilis est forma antiquissima ὑύς pro ὑός, unde explicantur formae casuum obliquorum, quae semper manserunt in usu. Pedestres scriptores Atticos non alia forma quam ΥΟΣ usos esse habeo persuasissimum. E sequenti aetate notavi titulos II add. I *b* (403 a. C.) 37. II 331 (non multo ante a. 200) II 334, fragm. *d*, 2 *b*, 11 *b*, II 379 (brevi post 229 a. Chr.) vs. 3 et 5, II 380, vs. 4, III 541, 565, 566, 572, 573, 601 (quos titulos ultimo a. Chr. seculo exaratos esse constat). 583, 440, 445, 571 *a* (add.), 579, 583, 589, 591 (quae inscriptiones aerae nostrae initium non multum excedunt). Incerti temporis sed sine certis recentioris Augustea aetate indiciis sunt tituli III 720, 751, 796, 804. Unum tantum, quod sciam, monumentum in quo ὑός exstat III 680 ad seriora tempora, et quidem ad seculum alterum post Christum, certo pertinet. Contra quam plurimi tituli aevi imperatorii usum formae ΥΙΟΣ testantur. Notavi hosce: III 65, 167, 430, 431, 444, 462, 463, 467, 469, 479, 481, 482, 490, 540, 548, 555, 562, 569, 573, 575, 580, 590, 595, 600, 607, 608, 656, 658, 659, 661, 678, 689, 690, 747, 763, 769, 785, 787, 802, 806, 810, 813, 828, 842, 843, 899, 905, 945, 972, 977, 1091, 1095, 1109, 1128, 1171, III add. 619 *b*, 768 *a*, 771 *a*, 822 *a*, 836 *e*.

18) Α pro ΑΥ usurpati (idque in solo, ni fallor, pronomine reflexivo) exempla Augusti aetatem non multum excedere videntur. II add. 489 *b* (39—32 a. C.) ἑατῷ, III 375 (paullo ante Chr.) ἑατοῦ. Cf. III 576 (paullo a. C.) 985 et 993. III 473 ἑατῆς. III 552, 607, 608 ἑατόν. II 487, 5

(sec. 1 a C.) ἑκτῶν. III 645 ἑκτούς, ubi vid. Dittenbergerus.

19) O pro E in vetustis inscriptionibus seculi Vti et IVti a. Chr. hic illic ponitur in imperativis quibusdam. IV 22 *d*, fr. *c* 21 et 27 *a* (Ol. 83, 4), 19 ὅπως δ' ἂν ὀμόσωσιν ἅπαντες, ἐπιμελόσθων οἱ ϛρατηγοί et 67 ὅπως δ' ἂν τάχιϛα τυθῇ, οἱ ϛρατηγοὶ συνεπιμελόσθων. I 32 (*c*. Ol. 90) συσσημαινόσθων II 92, 5 (non ante Ol. 100, 3) ἐπιμελόσθων. IV 71, 19 [ε]ὑρισκόσθων. Singulare est χρώσθω(ν) pro χρήσθων (?) I 78, 5. Eodem pertinet Ἀλωπεκοννήσιοι pro Ἀλωπεκοννήσιοι I 37, fr. z[1], 15 234 col. V 25 et 266.

20) E pro O III 77 (aet. imper.) est Πυανεψιῶνα, quum Πυανοψιών sit verum huius mensis nomen, quod non tantum in antiquioribus titulis Atticis summa constantia legitur, sed etiam in reliquis quae hucusque Dittenbergerus edidit monumentis aevi imperatorii praeterquam hic et III 1197, ubi etiam turpius scriptum est Πσιανεψιῶνα. (Vid. supra ad 12). Scriptorum codices constanter, ni fallor, exhibent sequiorem formam Πυανεψιών, quae inde propagata est in editionibus, non aliter quam ubique perperam editur Μουνυχιών et Μουνυχία pro Μουνιχιών et Μουνιχία. (Vid. supra ad 10). Utrum similis fuerit origo pravissimae scripturae προηρέσια pro προηρόσια II 481, 56, an ibi potius cogitandum sit de lapicidae errore, ancipitis est iudicii.

21) OY pro Y in καθειδρούσατο III 73 (sec. II aut III post Chr.) in titulo scatenti barbarismis.

22) EY pro EO in Ἀρευπαγιτῶν II 403, 50 (cf. 25), Iudice Koehlero exeunti seculo tertio a. C. adscribendus est hic titulus. Quia haec contractio, quae apparet in nominibus propriis nonnullis cum θεός compositis, aliena est ab Attica dialectu, peregrino lapicidae tribuenda videtur.

23) O pro Ω sec. II post Chr. III 1152 in genetivis Πειραιέος et Παιανέος.

24) Confusae vocalis E cum diphthongo AI (quae

confusio quot quantasque dederit in scriptoribus Graecis turbas nemo criticus ignorat) satis crebra iam reperiuntur exempla in titulis Atticis aetatis imperatoriae.

Ad medium seculum II p. C. pertinet III 1110, ubi iuxta Πειραιεύς legitur Πειρεεύς. Cf. 1113. III 9 (a. 198 p. Chr.) est Πεάνιος (cf. 1142). Imprimis frequens est demoticum Ἐλεούσιος pro Ἐλαιούσιος. III 39 est ἡμαιρῶν, 127 Πλατεαῖς, 139 Εἰρηνέου, 253 Ἐλευθεραίως, 170 ἐλαίου pro ἐλέου, 171 νέιν pro ναίειν (sec. III), 948 Διομαιεύς. Cf. 1023; 1141 Κυδαθηνεεύς, 1197 Μεμακτηριῶνα et Ἑκατομβεῶνα, qui titulus fere medio seculo tertio aerae nostrae exaratus esse creditur.

CAPUT SECUNDUM.

De nominibus propriis.

§ 1.

De nominum propriorum in γένης, κλέης, κράτης, μένης, μήδης, σθένης, τέλης et φάνης genetivis heterocliticis in ΟΥ.

Nomina in γένης.

Ἀντιγένου	legitur	II 446, 61 (med. s. II a. C.). 469, 91 (sec. ult.)
Ἀρκτογένου	„	II 467, 122 (sec. ult. ineunte).
Ἀριστογένου	„	II 469, 93.
Διογένου	„	II 467, 135. 471, 117 et 127 (sec. ult.).
Ἐπιγένου	„	II 469, 98. 471, 1, 50.
Ἑρμογένου	„	II 446, 47.
Θεογένου	„	II 465, 68 (sec. II a. C. ineunte).
Πρωτογένου	„	II 470, 92 (sec. ult. medio).
Σωγένου	„	II 334 (sec. III a. C. part. prioris).
Σωσιγένου	„	II 469, 107. 470, 93.

Nomina in κλέης.

Θεοκλέου	„	II 324 (267/5 a. C.).
Νεοκλέου	„	II 324 et 329 (345/4 a. C.)

Minus recte igitur Weckleinius p. 23 hanc heteroclisin non occurrere statuit ante Ol. 123, 2, quo anno exaratus est titulus C. I. 115, qui habet Δημοκλέου. Ille ex Rangab. II 1414. 1612, affert Φιλοκλέου et ex Eph. Hell. n^{0}. 58 Θρασυκλέου. Quam autem rarum manserit hoc heteroclitorum genus non potest melius apparere quam si opposuero his probarum formarum exempla quae exstant in titulis II 329. 330. 445. 465. 467. 469. 470. 471 et add. 478 *b*: Ἀγαθοκλέους (quater), Ἀριϛοκλέους (bis), Διοκλέους (sexies), Δημοκλέους (bis), Εὐθυκλέους (bis), Εὐκλέους (bis), Θεμιϛοκλέους, Ἰατροκλέους, Καλλικλέους, Κτησικλέους, Λυσικλέους, Μνησικλέους, Προκλέους, Πυθοκλέους, Στρατοκλέους, Σωσικλέους, Φιλοκλέους et Χαρικλέους.

Nomina in κράτης.

Ἀριϛοκράτου	legitur	II 573 (med. s. IV a. C.), 11. 469, 108 et 444 (inter 200 et 189 a. C.)
Ἀμφικράτου	„	II 465 (sec. II a. C. initio), 81.
Δημοκράτου	„	II 448, 24.
Ἐπικράτου	„	II 448, 31. 315 (Ol. 124, 2 aut 3). 329.
Ἑρμοκράτου	„	II 467, 98 (ult. sec. ineuntis).
Εὐρυκράτου	„	II 329 (Ol. 108, 4).
Ἐχεκράτου	„	II 467, 105.
Ἰσοκράτου	„	II 316. 317 (utrumque s. III a. C. init.)
Καλλικράτου	„	II 467, 92. 461. Cf. Tab. Nav. XIV *c*. 69.
Κλεοκράτου	„	II 470 (sec. ult.).
Λεωκράτου	„	II 612 (229 128 a. C.).
Λυσικράτου	„	II 467, 112. 329.
Μενεκράτου	„	II 467, 95. 145.
Σωκράτου	„	II 471, 56. 487, 15. 334 (ult. sec. exeuntis).

Σωσικράτου	legitur	II 465, 67. 118 (s. II a. C. ineunte).
Φιλοκράτου	„	II 602 (s. III a. C.) 611 (300 a. C.).

Apparent igitur hae formae inde a med. sec. IV usque ad Augusti tempora.

Nomina in μένης.

Ἀλκιμένου	legitur	II 470, 91 (sec. ult.)
Ἀντιμένου	„	II 471, 115 (sec. ult. exeunte).
Ζηνομένου	„	II 467, 135 (sec. ult. ineunte).
Κραταιμένου	„	II 471, 116.

Nomina in μήδης.

Καλλιμήδου	legitur	II 306, 307 (sec. III ineunte).
Πρωτομήδου	„	II 568.

Nomina in σθένης.

Ἀνδροσθένου	legitur	II 469, 115 (sec. ult.).
Ἀντισθένου	„	II 612 (299/8 a. C.).
Δημοσθένου	„	II Tab. Nav. XIV, c. 51. (Ol. 113, 4).
Εὐσθένου	„	II 465, 107 (s. II a. C. ineunte).
Καλλισθένου	„	II 470, 115 (med. s. ult.).
Λεωσθένου	„	II 324 (276/5 a. C.).
Σωσθένου	„	II 340 (s. III a. C.). 470, 110 (s. ult.).

Nomen in τέλης.

Unicum vidi exemplum Tab. Nav. XV B Z, 130—135, p. 554 Ἐπιτέλου (Ol. 114, 2).

Nomina in φάνης.

Ἀντιφάνου	legitur	II 465, 81 (sec. II ineunte).
Ἀπολλοφάνου	„	II 448, 20 (s. II). 465, 71 (s. II ineunte).
Ἀριστοφάνου	„	II 584 (exeunte s. IV) 467, 122 (s. ult.).
Ἐπιφάνου	„	II 448, 26. 461 (s. II vers. fin.).
Θεοφάνου	„	II 470, 107 (med. sec. ult.).
Καλλιφάνου	„	II 469, 96 (s. ult.). 467, 122 (s. ult. ineunte).
Λεωφάνου	„	II 470, 100.

Heteroclisis igitur vetustissima apparet in nominibus desinentibus in κράτης, φάνης, κλέης, paullo recentior in terminationibus γένης, σθένης et μήδης, recentissima in μένης. Eadem rarissime reperitur in titulis aetatis imperatoriae, ubi notavi III 130 'Απολλοφάνου (aetatis Augusteae est titulus), sed sunt fortasse plura exempla. De Accusativo in ην vid. Wecklein p. 22 sqq.

---

§ 2.

De aspiratione in nomine Καλχηδών.

Spiritus asper, cuius siguum (H) circa Ol. XCIII evanescere coepit, vel ea aetate, qua scribi solebat, saepenumero neglegebatur velut in titulo IV 72 *a* (Ol. 83, 4) οὐδὲ ἑνός, δέκα ἡμερῶν, ἱερῶν, alia. Contra saepius perperam ponebatur ut I 324 in οἰκεῖν, ἰκριώσασι, τοῖς ἐνκαυταῖς ἐκ τοῦ ἐντὸς ὑπὸ τὴν ὀροφήν, ἐργαζομένοις, ἐπὶ, ἐνκέαντι (i. e. ἐγκαύσαντι), ἐπιστυλίῳ, ὠνημάτων, ἄγειν, aliis, quae omnia agresti plebeiaeque pronuntiationi tribuere nemo dubitet. Eodem pertinet καθέχει (1, 479), ut subinde reperitur ἕχειν (cf. Wecklein. p. 50) et, quod vel peius est, II 331 (ante a. 200 a. C.) καθειληφότος. Contra II 181 (sec. IV a. C.) ἀρκεθέωρος et ἀρκεθεωρεῖν et non ita raro ἄρκοντος pro ἄρχοντος, alia quae accuratius persequi nihil attinet. Utilius est observasse in titulo I 324 (Ol. 93, 1), quod saepius ibi legitur κάλχη (sic Jonicae columnae voluta audiebat), subinde vitiose scribi χάλκη, interdum etiam cum duplice aspirata χάλχη, quia hinc apparet nihil in inscriptionibus antiquis praesidii esse vitiosae codicum lectioni Χαλκηδών pro Καλχηδών. Nempe in vetustis titulis Atticis Καλχηδόνιοι eodem pronuntiationis plebeiae vitio haud raro audiunt sive Χαλκηδόνιοι sive Χαλχηδόνιοι. Cf. I

228—240, 242—244, 247, 257—259. Quales formas nec Thucydidem nec Xenophontem neque alium quemquam scriptorem Atticum pro suis agniturum fuisse habeo persuasissimum. Quare in mea Thucydidis editione IV 75, 3 pro omnium librorum lectione Χαλκηδών veram nominis formam restituere punctum temporis non dubitavi.

---

§ 3.

De aliorum nominum formis.

Non inutile mihi visum est nomina propria, ut in titulis Atticis scribuntur, ordine recensere et in singulis notare vulgaris traditionis sive verae sive falsae discrepantiam. Stephani Byzantini praesertim locupletis hac in re testis, qui optimis fontibus usus (v. c. Crateri opere περὶ ψηφισμάτων) saepe a librariis depravatus est, paradosin in partes vocaturus sum. Optima eius utar curata a. 1849 a Meinekio editione. Exponam de singulis κατὰ ϛοιχεῖον.

Ἀγλαύρου III 327. Saepe titubant librarii substituentes recentes formas Ἄγραυλος et Ἀγραυλίδες. Vid. me ad Ionem Eurip. 23, pag. 74 ed. meae.

Ἀγλώκριτος pro Ἀγλαόκριτος ex insula Ceo in tit. sec. IV a. C. Mitth. d. D. Arch. Inst. III, 2 p. 144, 55. Cf. Ἀγλώμαχος Cyrenaeus ap. Herod. IV 164. et tit. Amorgin. Mitth. I 4 p. 338.

Ἀγρυλή. I 321. 324 Ἀγρυλῆσι. I 139. 140. 315. 322. 324. Αγρυλῆθεν. 338 Ἀγρυλῆς. Ita etiam post Euclidem constanter. Stephanus Byz. Ἀγραυλή, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Ἐριχθηίδος φυλῆς. τινὲς δὲ Ἀγρυλή γράφουσιν ἄνευ τοῦ $\bar{α}$. θέλει δὲ τὸ $\bar{α}$ ἀπὸ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατρός. κτέ. Decepit Stephanum usus recentior.

'Αθηναία, 'Αθηνάα, 'Αθηνᾶ. De triplicis formae usu vid. Wecklein. p. 10 sqq. Memorabile est Herodem Atticum morem veterem imitatum dedisse 'Αθηναίᾳ in titulo III 69.

'Αθηναῖοι. Nomen plerumque intactum manet nec mutatur in formam Doricam in titulis Doricis ut I 9. 15. II 548. 550. 551. 552. Raro mutatur ut II 574. 'Αθανάοις (sic) est in dorico carmine aetatis imperatoriae III 82.

Αἰνεᾶται (Αἰνειᾶται, Αἰνιᾶται) vocantur eadem aetate incolae Αἰνείας, urbis Macedonicae I 234. 236—238. 241—244. 256. 257. 259. Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Αἰνειεύς, sed addit ὃ καὶ παράσημόν ἐϛιν, ὅτι μὴ ἐνδεῖ μιᾷ συλλαβῇ τοῦ πρωτοτύπου, ὡς εἴπομεν ἐν τῇ Αἰλίᾳ. Scribendum enim fuisse putat Αἰνεύς, ut 'Αντιοχεύς, Σελευκεύς, 'Αλεξανδρεύς. Non obstat Βουθεία. Deinde memorat formam antiquam: ἔϛι καὶ Αἰνεάτης, ὡς Κόρσεια Κορσεάτης, 'Υδρειαί 'Υδρεάτης, 'Ορνειαί 'Ορνεάτης, Κεγχρειαί Κεγχρεάτης, τοῦ ῑ σιγηθέντος. Quam observationem tituli fere confirmant. Nam ex XI locis semel tantum iota additur (257). Semel scriptum Αἰνιᾶται (236) aut lapsu lapicidae aut ex plebeia pronuntiatione.

Αἰραῖοι s. Αἰραιῆς I 37. 226. 230—234. 238. 240, 245. 264 constanter per spiritum asperum. Stephanus Αἰραί, πόλις Μακεδονίας. — τὸ ἐθνκὸν — Αἰραῖος.

Αἶσα I 243. Stephanus per lenem: Αἶσα — Αἰσαῖος.

Αἰσώνιοι s. Αἰσωνῆς I 229. 236. 237. 239. 242. 244. 256. 257. Stephanus Αἰσών, πόλις Θεσσαλίας — τὸ ἐθνικὸν Αἰσώνιος. καὶ Φερεκύδης τὴν πόλιν Αἰσωνίαν φησί. τῆς δ' Αἰσωνίας τὸ ἐθνικὸν δύναται Αἰσωνιεύς. Apoll. Rhod. I 411. Αἰσωνίς, adi. fem. Cf. 'Αλικαρνασσεύς 'Αλικαρνασσίς, alia.

'Αλκμεωνίδης. I 433. Formae 'Αλκμαίων, 'Αλκμαιωνίδης veteribus Atticis abiudicandae. Vix recte Wecklein p. 40 comparavit Arist. Lys. 852 Πεονίδης ioco dictum pro Παιονίδης. Confusio diphthongi AI et vocalis E recentissimis demum temporibus in titulis Atticis apparet, ut supra vidimus p. 14. scripserat Αἰσωνεύς.

'Ἁλικαρνασσῆς s. Ἁλικαρνάσσιοι (Ἁλικαρνάσιοι). I 37. 226. 228—233. 235. 238. 240. 244. 256. Semel per unum Σ (229). Steph. Ἁλικαρνασσός. — ὁ πολίτης Ἁλικαρνασσεὺς ὡς Ἀψυρτεύς. Ἀνδροτίων δ' ἐν τρίτῃ Ἀτθίδος Ἁλικαρνάσσιος φησί. Duplex igitur Σ in hoc nomine (saepe enim variant codd.) praeferendum.

Ἀλωπεκοννήσιοι (Ἀλωποκοννήσιοι) I 37. 229. 230. 234. 236. 242. 258. 266. Consentit Stephanus, qui recte non memorat alteram formam, quam rusticae pronuntiationi tribuere non dubito, haud minus quam formas ἐπιμελόσθων similesque, de quibus supra vidimus pag. 13. Aliter de his quidem iudicat Kirchhoff p. 12.

Ἀμόργιοι II 17. Steph. praeterea Ἀμοργῖνος et Ἀμοργίτης.

Ἀμφιάραον II 471, 70: Ἤγαγεν δὲ καὶ εἰς [τὸ Ἀμφιάρ]αον καὶ ἱςορήσαντες τὴν γεγονεῖαν τοῦ ἱεροῦ ἀπὸ ἀρχαίων χρόνων ὑπὸ τοῦ δήμου προςασίαν. Apte sic Koehler hic et ibidem vs. 27 explevit lacunam, collato ex titulis Atticis imperatoriae aetatis festi nomine, Ἀμφιάραα, nec si revera in lapide est αον (non αου, ita enim possis τὸ Ἀμφιαράου), de veritate supplementi dubitari potest. Forma legitima Ἀμφιαράειον servata est Strab. IX 399, sed ib. p. 404 et Paus. I 34 codd. dederunt Ἀμφιάρειον, quod recte formari potuit e forma Attica Ἀμφιάρεως. Quod Thuc. IV 67 libri habent Ἐνυάλιον, recte olim correctum videtur Ἐνυαλιεῖον, postulante veteri analogia, licet haec forma nusquam, quod sciam, se obtulerit. Nostro loco si Ἀμφιάραον recte suppletum est, nescio tamen an mutato accentu scribendum sit Ἀμφιαρᾶον = Ἀμφιαρᾷον contrahendo natum ex Ἀμφιαράειον. Iota mutum enim illa aetate saepe negligebatur, ut multis exemplis docent coaevae inscriptiones. Similis fuerit origo nominis festi.

Ἀρευπαγιτῶν II 403 (exeunte sec. III). Vid. supra p. 13.

Ἀρπάγιοι s. Ἀρπαγιανοί. I 231. 233. 237—240. 242.

247. 249. 257. 259. Posterius tantum agnoscit Stephanus.

Βαργυλιῆς s. Βαργυλιῆται. I 229—233. 235. 238—240. Steph. Βαργυλία οὐδετέρως, πόλις Καρίας. — ὁ πολίτης Βαργυλιάτης. Apud Polyb. XVI 12, 3 libri Βαργυλιῆται. Formam alteram habet C. I. 2670, Doricam ut videtur. Cf. infra Ἰᾶται, Κεδρίαι.

Βερύσιοι I 226. 228. 231. 234. Steph. Βέρυτις, Τρωικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν Βερυτίτης, ὡς Ἄβοτις Ἀβοτίτης.

Βουθεία. Βουθειῆς I 226—233. 235. 240. 259. 264. Steph. Βουθία, πόλις Ἰωνίας, τὸ ἐθνικὸν Βουθιαῖος.

Γλαῦκον nomen muliebre aliunde incognitum II 619 (sec. III a. C. exeunte).

Γρυνειῆς I 227. 228. 231. 233. 238. 240. 250. 256. Steph. Γρώνεια, πόλις Φωκίδος. τὸ ἐθνικὸν Γρωνεύς, ὡς τῆς Γρυνείας τὸ Γρυνεύς. ἡ γὰρ διὰ τοῦ ῡ τῆς Τρωάδος ἐςίν, et idem s. v. Γρῦνοι: — Ἑκαταῖος δὲ τὴν πόλιν Γρύνειαν καλεῖ. τὸ ἐθνικόν Γρυνεὺς καὶ Γρυνηίς τὸ θηλυκόν. κτέ. Stephanus formas recentiores tradidisse potest.

Δασκύλειον, Δασκυλειανοί. I 226. 228. 230. 243. 244. 259. Steph. Δασκύλιον, Δασκυλῖται, Δασκύλιοι. Εὐδαίμων δὲ καὶ Ἀρκάδιος διὰ τῆς ΕΙ διφθόγγου γράφουσι τὴν ΑΙ συλλαβήν. His igitur plaudamus!

Δαυνιοτειχῖται, Δαμνιοτειχῖται. I 228. 233. 234. 237—240. 242. 244. 247. 259. Illud tantum agnoscit Stephanus s. v. Δαύνιον. Altera forma, quia plus semel occurrit (233. 234), pro mero lapicidae errore haberi nequit.

Διειτρέφης constanter veteres Attici pro Διιτρέφης. Vid. Wecklein. C. E. p. 39.

Διοσιρῖται s. Διοσερῖται. I 226. 227. 230. 231. 233. 238. 240. 250. 251. 262. Stephanus Διοσιερίτης, ὡς Φλέγων ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδων. Lapicida Atheniensis servavit formam Ionicam. Altera (Διοσερῖται), quamvis antiqua, manifesto vitiosa est.

Διοσκορίδης non magis quam Διόσκοροι (quae formae procul dubio apud Atticos antiquiores sunt) in antiquissimis titulis reperitur. Primum occurrit Διοσκουρίδης II 66 (a. 366/5 a. C.), sed is erat Νεοπολίτης e Thracia. Hoc nomen in Attica primum reperio in tit. II 465 (II a. Chr. seculo), 96. Cf. II 466, 35. 467, 41.

Διῆς ἐκ sive ἀπὸ τοῦ Ἄθω constanter dicuntur I 37. 229—259. Quo confirmari videtur mea emendatio loci Thucydidei V 35, 1.

Εἰκαδῆς II 609 (a. 324/3), iidem quos Athenaeus VII p. 298 D vocat Εἰκαδιςάς, i. e. Epicuraeos, qui diem vicesimum mensis, quo scholae conditor mortuus erat, sollenni convivio celebrabant.

Εἰτεαῖος I 132. 273. II 393. 448. alibi. De recentiore forma per vocalem I vide quae supra dixi p. 7. Hanc tantummodo cognovit Stephanus s. v. Ἰτέα, qui habet δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἰτεαῖος. Ἀνδροτίων δὲ τρισυλλάβως ἔφη. Androtion Εἰτεαῖος potius quam Εἰταῖος et sic potius quam Ἰταῖος scripsisse mihi videtur. Nam forma per vocalem Androtione, si titulis fides, aliquanto fuit recentior.

Ἐλαιούσιοι II 17 ab Ἐλαιοῦς. Contra Ἐλαιούσσιοι ab Ἐλαιοῦσσα. Vid. Steph.

Ἐρχιῆς I. 179. 188 et ita postea quoque constanter. Steph. Ἐρχιά (Mein. Codd. Ἐρεχία, Ἐρεχθία) δῆμος τῆς Ἀττικῆς τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. τρισυλλάβως δὲ τοὺς Ἐρχιᾶς (codd. Ἐρεχίας, Ἐρεχθέας) φασίν κτέ. Formam Ἐρχιάδαι, quam Suidas commemorat, tam ille quam tituli ignorant. Adverbia demotica (ap. Steph.) Ἐρχιᾶθεν, Ἐρχιᾶζε, Ἐρχιᾶσιν in titulis non vidi.

Ἐρχομενός. Sic Boeotica urbs dicebatur, quam appellare solemus Ὀρχομενόν, Hesiod. fr. 15 et inscr. Boeot. apud Cauerum p. 130. Non aliter urbem antiquitus appellasse Athenienses apparet ex titulo II 21 (Ol. 100, 4), ubi est

Ἐρχομενίου. Cf. Waddington Inscr. Att. 50. Hanc igitur formam fortasse Thucydidi I 112. III 87. IV 76, 93 reddere debueram.

Εὐριππίδης II 73 (paullo post Euclidem) Sed [Ἰφιγεν]εία, Εὐ[ριπί]δου Mitth. des D. Arch. Inst. III, 2 p. 113 vs. 2 tituli didascalici, et ib. vs. 19 sine supplemento Ὀρέστῃ Εὐριπίδου. Cf. 33 [Εὐ]ριπίδου. Titulus est sec. III a. C. fere med.

Εὔφηρος. Inscr. Nav. (Böckh.) X *b* 70 Καλλικράτης Εὐφήρου. Hinc Böckhius III 241 Demostheni adv. Androtionem p. 611, 25 cum multis codd. reddidit Εὐφήρου pro Εὐφήμου.

Ζελειᾶται I 37. 228. 239. Steph. i. v. Ζέλεια. τὸ ἐθνικὸν Ζελείτης. Ἡρωδιανὸς δὲ Ζελειατῶν φησιν. ἔστι γὰρ Ζελειάτης καὶ Ζελείτης. Demosth. IX 42, al. ex libris editur Ζελείτης.

Ἡγεσίλεω II 585, 20 (313/2 aut 340/39 a. C.) pro Ἡγησίλεω, si recte traditum, de quo valde dubito, quia vs. 13 recte est Ἡγησίλεω. Dolendum est lapidem ubi sit ignorari.

Ἥσσιοι s. Ἥσσιοι I 224—264. Steph. Ἥσσιοι laudans Thuc. III 101, ubi nunc est Ἥσσιοι.

Θεαγένης et Θεογένης. Vid. Wecklein p. 39 sqq.

Θραμβαῖοι I 227—259. Stephanus non oppidum, sed tantum ἀκρωτήριον commemorat Μακεδονίας, Θράμβος dictum, cuius τοπικόν Θραμβούσιος. Oppidi nomen potuit esse Θράμβη vel Θράμβαι. Sed vid. Καλύδνιοι.

Ἰασῆς constanter uno sibilante I 230—264. Stephani codd. Ἴασσος — Ἰασσεύς. Correxit Naekius.

Ἰᾶται s. Ἰῆται I 37. 226—244. Mirum hos insulanos non commemorare Stephanum. Habet Ἰάς, Ἰλλυρίας μέρος, οἱ οἰκοῦντες Ἰᾶται, λέγεται καὶ Ἰωνικοί. Quae verba an satis integra sint dubito. Codd. AT: Ἰωνική.

Ἰδυμῆς I 37. 226—244. Steph. Ἴδυμα, πόλις Καρίας —. τὸ ἐθνικὸν Ἰδυμεὺς καὶ Ἰδύμιος. κτέ.

Ἰκαριῆς I 188. 238. 247. 273. 314. 378. 380. II add.

nov. 352 *b* (sec. IV a. C.) 403 (sec. III exeunte) Εἰκαριεὺς II 478 (68—48 a. Chr.) et ita saepius, si recte memini, sequenti aetate. Stephanus recte Ἰκαριὰ δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς· ὁ δῆμος Ἰκαριεύς. τὰ τοπικὰ Ἰκαριόθεν, Ἰκαρίαζε, Ἰκαριοῖ.

Ἰλισός I. 210. 253. Steph. Ἰλισσός, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες. Sed optimi codd. Redhigeranus et Vossianus habent Ἰλισίδες, quo recepto corrigatur Ἴλισος. Cf. infra Κήφισος.

Ἰουλιῆται II 17 (Ol. 100). Steph. praeterea Ἰουλιεύς.

Ἱπποθωντίς. I 40. 45. 46. 59 cett. et constanter sic deinde. Sequiores formae non apparere videntur ante sec. II aerae nostrae. Ἱπποθοωντίς (quod codices habere solent) legitur III 724. 1138. 1171. 1203. 1281 *a* (add.) Ἱπποθοοντίδος III 1165, Ἱπποθεοντίδος III 1130. 1197, Ἱπποθεωντίδος III 1187. — Ἱπποθώντιον I 322. II 567 *b* (add. nov.) Vett. lexx. Ἱπποθοώντειον.

Καλλένικος (sic) tab. nav. XVII C. 10 p. 574 vitium typographicum esse videtur. Silet enim de absurda forma editor.

Καλύδνιοι I 37. 228—263. Steph. Κάλυδνα — καὶ Καλυδνός. ὁ πολίτης Καλυδναῖος, καὶ Καλυδνίς τὸ θηλυκόν, καὶ Καλυδνεὺς ὁ Ἀπόλλων καὶ Καλύδνιος, ὡς Ἀνδροτίων ἕκτῃ Ἀτθίδος.

Καλχηδόνιοι. Vid. supra pag. 18.

Καμιρῆς I 37. 228—264. Steph. Καμιρεύς. Καμιρίτης, Καμιραῖος. Thuc. VIII 44, 2 male libri Κάμειρος. Cf. p. 7.

Καρθαιεῖς II 17. Cf. τὴν πόλιν την Κα[ρ]θαιῶν in tit. sec. V a. C. Mitth. d. Arch. Inst. II 2 p. 144 vs. 55. Steph. Καρθαεῖς. Cum titulo conspirat Polyb. XVI 41. Utrumque recte formatum a Καρθαία.

Καύνιοι I 228—260. Steph. sic, aut Καυναῖοι.

Κεβρήνιοι I 37. 226. 230. Steph. sic, aut Κεβρηνοί, aut Κεβρηνεῖς.

Κεδρίαι, Κεδριᾶται, Κεδριῆται I 226—261. Cf. Βαργυλιῆται (— ᾶται). Steph. Κεδρεαί, πόλις Καρίας, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Κεδρεάτης καὶ Κεδραῖος τρισυλλάβως.

Κεκρόπιον I 322.

Κέραμος, Κεραμῆς, Κεράμιοι I 226—239. Τὸ ἐθνικὸν apud scriptores legi non videtur.

Κεφαλλήν I 275, II 17 Κεφαλλήνων. Codd. saepius male per unum Λ.

Κήφισος, Κηφίσης (?), Κηφισιεύς, Κηφισίων, Κηφισιογένης, Κηφισόδοτος, Κηφισόδωρος, Κηφισοφῶν I 129 sq. 134. 165. 172. 277. 292. 299. 299 *a*. 315. 320. 322. 324. 432 sq. 338. 447 sq. II 470, alibi summa constantia per unam sibilantem, nusquam per duas, qua in re saepe peccatur a librariis. Cf. supra Ἴλισος. Magna hic apud Stephanum lacuna est inter Κέλαιθα et Κορακόννησος.

Κικυννεύς II 338 (non diu post Ol. 125). 467, 121 *b*. III 1030 (sec. II p. C.). Recte igitur scriptores per duo N.

Κινδυῆς s. Κυνδυῆς I 37. 230—240. Alteram formam non habent scriptores.

Κλαζομένιοι. I 37. 226—264. In titulo 230 lapicida vitiose dedit Κλαζζομένιοι, prorsus ut ibidem Βυζζάντιοι.

Κολλυτός, Κολλυτεύς, constanter. Nusquam Κολυττός, Κολυττεύς, ut peccare solent librarii.

Κολοφώνιοι, Κολοφωνῖται I 13. 37. 226—262. Altera forma apud scriptores non exstat.

Κορήσιοι I 229. II 17. Steph. Κορησσός — διὰ τὸ τὴν Λητὼ τεκοῦσαν καὶ τὴν Ἄρτεμιν κομίζουσαν γενομένην κατὰ τὸν τόπον, οὗ νῦν βωμὸς αὐτῆς, τῆς δὲ πυθομένης τίνος ἐστὶν ὁ τόπος, Κόρη, σός εἰπεῖν. τὸ ἐθνικὸν Κορησσίτης. καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ Κορησσίς λέγεται καὶ Κορησσεύς. καὶ Κορησσία πολίχνιον της Κέω καὶ ἐπίνειον. Ita haec edidit Meineke, sed praeter Κορισσός, quod libri habent pro Κορησσός, in reliquis omnibus quae diductis litteris dedi optimus codex habet unum

Σ, quare Stephano reddere non dubitem Κορησός, Κορησίτης, Κορησίς, Κορησεύς, Κορησία.

Κόρκυρα I 179, ut constanter exhibent ipsorum Corcyraeorum numi. Plura vid. in praefatione mea ad Thucyd. vol. III.

Κυδωνιάτης I 403. Stephanus praeterea Κυδώνιος, Κυδωναῖος, Κυδωνικὸς ἀνήρ.

Κυθήρριος II 554 (paullo post Euclidem). Stephanus Κύθηρος, ὁ δημότης Κυθήριος, τὸ τοπικὰ Κυθηρόθεν Κυθηρόνδε. Mein. addidit Κυθηροῖ. Fortasse non de nihilo est quod optimus Redhig. habet Κύθηρρος, quo recepto nescio an in reliquis duplicanda sit liquida; nec minus Strab. IX 397. Sic Inscr. Nav. ap. Boeckh. X *e* 65 est Κυθήρριος et XI *b* 25, Κυθήρριος ὁ προσοφείλων ἀπὸ τῆς Κυθηρίας, ubi navis nomen ut par est uno Ρ scribitur. Cf. XIV *c* 79. 89. 95.

Κυλλάνδιοι, Κυλλάντιοι I 37. 226—233. Stephanus Κυλλανδεύς. Cf. Μηκυβερναῖοι, Μηκυπερναῖοι; Αμβρακία, 'Αμπρακία.

Λαμπτρεύς I 117 sq. 141, 157. 162 et ita postea quoque summa constantia. Codd. saepe Λαμπρεύς.

Λαμπώνεια, Λαμπωνειῆς, Λαμπωνῆς I 37. 229—259. Stephanus Λαμπωνεύς. 'Ελλανικὸς δὲ Λαμπώνιον αὐτήν φησι καὶ τὸ ἐθνικὸν Λαμπωνιεύς. Nec sane ex regula, quam posuit s. voc. Αἴνεια, probare potuit Λαμπωνειεύς. Veteres Athenienses minus fastidiosos fuisse apparet. Cf. infra Μαρωνειῆς.

Λεωντίς I 21. 188. 273. 318. 324. 440. 447. Ex nulla harum inscriptionum sciri potest utrum ΛΕΟΝΤΙΣ significet Λεοντίς, ut edere placuit Kirchhoffio, an Λεωντίς, quod quin verum sit non dubito, propterea quod primus titulus post Euclidem, in quo haec tribus memoratur, II 111 (Ol. 108. 4 = 345/4 a. C.) exhibet ΛΕΩΝΤΙ[ΔΟΣ. Similiter Ol. 112, 3 = 330/29 a. C. tit. II 176. Cf. II 324 (a. 276/5 a. C.). 330. 335. 340. 434. 435. 444. 445. (a. 180 a. C.). 446 (illo paullo

est recentior). 447. 450. 467 (bis). 469. 470. 471. Sic in Inscr. Naval. (B.) X e 90 reperitur nomen navis in Acc. Λεωντίδα Etiam aetate imperatoria plerumque est Λεωντίς Vid. III 81. 1076. 1113. 1121. 1125. 1132. 1133. 1138. Forma Λεοντίς, quam reperio III 1120. 1124. 1127. 1128. 1137 altera parte seculi II p. Chr. non multo antiquior esse videtur. Apud Xenophontem igitur Hellen. II 4. 27 ἀντεπέκτειναν δὲ καὶ οἱ ἐν Πειραιεῖ τῶν ἱππέων ἐπ' ἀγροῦ λαβόντες Καλλίστρατον Φυλῆς Λεοντίδος in posterum legam Λεωντίδος et similiter corrigam Demosthenem LX 29 et alios qui scripserunt ante aeram nostram.

Λεύκιος, Λούκιος. Nomen Romanum Lucius usque ad alteram fere partem seculi I p. C. constanter fit Λεύκιος, postea Λούκιος. Cf. Dittenbergerus ad III add. 619 ab. et vid. v. c. II 423 (sec. II part. prior. a. C.).

Ληψομανδῆς, Ληψίμανδοι, Ληψιμάνιοι, Ληψυανδῆς I 227—240. Stephanus: Ληψίμανδος, πολίχνιον Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Κρατερὸς ἐνάτῳ περὶ ψηφισμάτων Ληψιμανδεύς. Ita recte nunc Meinekius ope codicum edidit. Westermannus male ex Aldina retinuerat Ληψήμανδος et Ληψημανδεύς. Forma Ληψιμανδεύς, probata Cratero, unice recte formata est. Reliquae tres sapiunt lapicidarum imperitiam. An Craterus in opere suo tetigerat logistarum quoque tabulas? Cf. infra Χαλκήτορες et Χαλκειᾶται.

Λικίνιος, Λικίννιος. Prior forma legitur III 865 (sec. I a. C.). Cf. ib. 562. 563. 572. 1296, altera III 609 (sec. I p. C.) 532. 608. 735. 1025. Secundum Dittenbergerum ad III 1296 simplex N usitatum mansit usque ad Augusti aetatem.

Λωρυμῆς I 234. Steph. τὸ ἐθνικὸν Λωρυμαῖος.

Μαρωνῖται, Μαρωνῆς, Μαρωνειῆς I 226—259. Steph. Μαρώνεια — τὸ ἐθνικὸν Μαρωνείτης καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ ι, καὶ Μαρωνίς ἀπὸ τῆς Μάρωνος γενικῆς, καὶ Μαρωναῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Μαρώνη. Nescio fere an legendum sit τὸ ἐθνικὸν

Μαρωνίτης καὶ θηλυκὸν (sic optimus codex Rheddigeranus) διὰ τοῦ ῑ (scil. Μαρωνιτίς) καὶ Μαρωνίς, ἀπὸ τῆς Μάρωνος γενικῆς, deleta virgula ante καί, ut dicat auctor, haec omnia ducta esse a genetivo Μάρωνος. Nam formam femininam nominis in της fieri τις, non erat quod moneret.

Μειξίας II 525 (bonae aetatis).

Μειξωνίδης et Μειξωνίδου in tit. Euclide non multo inferiore Mitth. d. D. Arch. Inst. III 3 p. 229 sq. (cf. Μεῖξις in tit. Corcyraeensi pervetusto ap. Cauerum p. 33). Hinc Μειξιάδης reddatur Isaeo VI 10, Μειξιδημίδης Aristoteli Rhet. II 23.

Μενέλαος civis Attici nomen Tab. Nav. XIII c 75. Μενελάου τοῦ Μενελόχου Μυρρινουσίου.

Μεταγειτνιών non nisi dudum post Christum in titulis Atticis corrumpitur. Legitur Μεταγιτονιῶνα III 1091. 1123. 1197. Μεταγειτονιῶνος III 1121 (sec. II p. C.).

Μηκυβερναῖοι, Μηκυπερναῖοι I 226—244. Stephanus Byz. scribens ὁ πολίτης Μηκυβερναῖος· οὕτως γὰρ ἀναγράφεται Ἡγήσιππος ὁ τὰ Παλληνιακὰ συντεραχὼς καὶ Φιλωνίδης καὶ ἄλλοι fortasse tacite respexit ad alteram formam quam improbandam iniuria iudicaret. Cf. supra ad Κυλλάνδιοι.

Μίκων, statuarius Phanomachi filius I 418. Hinc Kirchhoff corrigit schol. ad. Ar. Lysistr. 679, ubi est Φανόχου υἱός.

Μιλκώριοι, Μιλτώριοι I 242. 243. 244. Illud verius. Cf. Steph. Sequior forma semel occurrit 242.

Μινοῆται, incolae Μινῴας in Amorgo. Ὁ δῆμος ὁ Μινοητῶν in tit. Amorgino sec. III a. C. Mitth. d. Arch. Inst. I 4 p. 337.

Μυήσσιοι I 37. 228—240. 256 sq. Steph. Μύης Μύητος —. τὸ ἐθνικὸν Μυήσιος ὡς Φαγρήσιος. Fortasse is quoque dederat ΜυήΣΣιος ὡς ΦαγρήΣΣιος. Est enim pro Μυήτ-σιος, Φαγρήτ-σιος.

Μυλισσῆς I 229. Steph. Μυλισσός — τὸ ἐθνικὸν Μυλισσία Ἀθηνᾶ καὶ Μυλισσίς. Turbatur in libris, nisi quod Μυλισσός et Μυλισσία recte servavit cod. Redhigeranus. Corr. Meinekius.

Μυννίσκος, non Μυνίσκος, verum nomen esse histrionis tragici irrisi a Platone comico ap. Athen. VIII 314 *d* docet titulus Mitth. d. D. Arch. Inst. III 2 p. 107, vs. 6.

Μυτιλήνη, Μυτιληναῖοι II 52 c (Ol. 102, 4 et 103, 1). Sequioris formae nullum vidi in titulis Atticis exemplum. Apud Stephanum s. v. Μυτιλήνη de more librarii substituerunt suum Μιτυλήνη idque in optimo Rhedigerano, dum Vossianus habet Μυτυλήνη.

Ναξία, Ναξιᾶται, Ναξιῆται I 228 sq. 231. 235. 237. 239. 244, Stephanus praeterea Ναξιεύς. Suidae glossator s. v. Ναξία Ναξιώτης.

Νέα πολις, Νεοπολῖται summa constantia I 37. 226—263. Stephanus ὁ πολίτης Νεαπολίτης. Idem in v. Μεγάλη πόλις sub finem scripsit καὶ διὰ τὸ μέγεθος ἐκλήθη Μεγαλόπολις. Meinekius annotat. „Pro Μεγαλόπολις infra s. v. Νινόη fortasse rectius codd. Μεγάλη πόλις." Similiter nescio an librariis potius quam Stephano imputanda sit turpis lectio Νεαπολίτης pro Νεοπολίτης.

Ξυπεταιών I 243. II 308. 324. Numquam aliter tituli Attici. Corrupta snnt Ξυπετεών et Ξυπέτιος apud Stephanum, Strabonem et Plutarchum. Steph. Ξυπέτη — Ξυπετεών ὡς Μακεδών. τὸ τοπικὸν ἐκ Ξυπετεώνων. εἰς Ξυπετεώνων καὶ ἐν Ξυπετεώνων. Φιλόχορος δὲ Ξυπετέωνον τὸν δῆμόν φησι διὰ τοῦ ω̅ καὶ τοῦ ο̅ μικροῦ ἐν τέλει. Meinekius „nonne Ξυπεταίωνον et διὰ τῆς αι̅? Ceterum hanc formam vitio codicis deceptus finxisse videtur, in quo εἰς Ξυπεταίωνον pro εἰς Ξυπεταιώνων scriptum erat." Harpocration Ξυπεταιόνων, unde possis Φιλόχορος δὲ Ξυπεταιόνων τὸν δ. φ. διὰ τοῦ ο̅ μικρὸν καὶ τοῦ ω̅ ἐν τέλει.

Πανδρόσειον I 322, non Πανδρόσιον, ut male editur apud scriptores. Contra Θεσμοφόριον II 573 b (sec. IV). Cf. Arist. Thesm. 278. 880.

Παριανοί I 37. 226—244. 257—259. Stephanus praeterea Παριανεῖς.

Παρνήσσιος II 609 (a. 324/3 a. C.) ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Παρνησσίου. Steph. s. v. Πάρνης: τὸ τοπικὸν Παρνήθιος λέγεται. καὶ ἀπὸ τῆς Πάρνηθος γενικῆς τὸ θηλυκὸν Παρνηθίς, ubi Παρνηθίς est Salmasii correctio pro Παρνήθιος. Quia tamen non intellego cur Παρνηθίς quidem dicatur formatum esse a genetivo, non vero Παρνήθιος, Stephanum scripsisse suspicor: τὸ τοπικὸν Παρνήσσιος λέγεται, καὶ ἀπὸ τῆς Πάρνηθος γενικῆς τὸ θηλυκὸν Παρνηθίς. Cf. sqq. ap. Steph.

Παρπάριοι, Παρπαριῶται I 228—240. Steph. Παρπάρων — ὁ πολίτης Παρπαρώνιος ἀπὸ τῆς Παρπάρωνος γενικῆς, τὸ θηλυκὸν Παρπαρωνία. Ἀνδροτίων δ' ἐν γ' Ἀτθίδος Παρπαριώτας φησίν. ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ Παρπαρία κτέ. G. Dindorfius sic correxit librorum scripturam Παρπαρωνιώτας.

Πεντελεικός I 321, non Πεντελικός, ut legi solet apud scriptores et apud Stephanum. Steph. Πεντελή — ὁ δημότης Πεντελῆθεν. Ita codd., nisi quod in Vossiano est Πεντέληθεν. Ex Aldina scriptura Πεντεληθεύς Salmasius efficiebat Πεντελῆθεν ἢ Πεντελεύς. Ex Πεντελεύς sane formari potuit Πεντελεικός, ut a Δεκέλεια, Δεκελεύς fit Δεκελεικός. Fuit fortasse aliquando iuxta Πεντέλη alia forma Πεντέλεια.

Πηδασῆς I 229. 231. 232. 233. Semel I 37 (vitio?) Πιδασῆς. Permire Stephanus Πήδασα (sic optimi libri cum Aldina) πόλις Καρίας, οὐδετέρως, καὶ Πηγασεὺς τὸ ἐθνικόν. δεῖ δὲ οὐ διὰ τοῦ δ γράφειν Πήδασα, ἀλλὰ διὰ τοῦ γ Πήγασα. οἱ πολῖται Πηγασεῖς. Meinekius e dett. libris reponens Πήγασα adnotat „mirum est praeferri formam nec librorum nec monu„mentorum fide commendatum." Quae res in auctore qualis

est Stephanus tam incredibilis mihi videtur, ut suspicari malim gravius hic a scribis turbatum esse et aut corrigendum esse Πήδασα — καὶ Πηδασεὺς τὸ ἐθνικόν. δεῖ δὲ οὐ διὰ τοῦ γ γράφειν Πήγασα, ἀλλὰ διὰ τοῦ δ Πήδασα. οἱ πολῖται Πηδασεῖς, aut quod malim (displicet enim illa repetitio οἱ πολῖται Πηδασεῖς), mutato Πηγασεύς in Πηδασεύς lacunam statuendam esse post ἐθνικόν, ut deinde egerit de alio oppido nobis incognito, quod Pegasa dictum male a quibusdam Pedasa vocaretur.

Πισθέταιρος, non Πεισθέταιρος. Vid. Wecklein p. 40.

Πλωθειεύς et Πλωθεύς sunt vera demotica ducta a Πλώθεια. Vid. II 570 (proxime ab Euclide). Illud Tab. Nav. XIV c. 140, p. 486 Πλωθειῶς. Cf. XVII 20, p. 571 al. Stephanus Πλωθιεύς καὶ Πλωθεύς. τὰ τοπικὰ Πλωθεᾶθεν Πλωθέαζε, Πλωθιᾶσιν. Fortasse legendum Πλωθειεύς — Πλωθειᾶσιν, sive malis Πλωθεᾶσιν. Et Πλωθειεύς Πλωθειᾶθεν est in Aldina.

Πνύξ, πυκνός. Vid. Wecklein p. 25.

Ποσιδεών mensis nomen antiquum, non Ποσειδεών. Vid. supra cap. I, pag. 7.

Ποτείδαια I 320. 442 (bis). 446. Ποτειδαιᾶται s. Ποτειδεᾶται I 235—244. Stephanus Ποτίδαια — ὁ πολίτης Ποτιδαιάτης καὶ Ποτιδαιεῖς. Per vocalem scribitur in codd. quoque, sed diphthongum merito Thucydidi eiusque aequalibus reddunt critici. In ethnici Ποτειδαιάτης terminatione cum titulis conspirat hic rerum scriptor. Altera forma Ποτειδεᾶται distincte legitur I 240. 241. 242. 244, quasi urbis nomen fuerit Ποτείδεια (ut v. c. Χαλκεᾶται. a Χάλκεια. Cf. infra Ῥήνεια — Ῥηναία (Ῥήναια?)), alteram praeter urbis nomen et Thucydides cum Stephano firmat titulus I 236, eamque cultioris sermonis fuisse statuerim. De E pronuntiando confuso cum AI tam prisca aetate cogitari non posse videtur. Vid. p. 14.

Πριηνῆς, Πριανῆς I 37. 231—234. 237. Stephanus priorem tantum formam agnoscit, praeterea afferens Πριήνιος. Et mireris sane in titulis Atticis Doricam Ionicae urbis appellationem, sed hanc ipsam tribus locis tituli I 230. 231. 234 **certo** testantur, alteram unus tantum I 237.

Πρίαπος, Πριαπῆς I. 87. 328—242. Steph. Πρίαπος — Πριαπηνὸς καὶ Πριαπηνή. ἐςὶ καὶ ἄλλο ἐθνικὸν Πριηπὸς καὶ Πριαπεῖς πληθυντικῶς καὶ ἡ χώρα Πριαπίς. Pro Πριηπὸς Meineke recepit Schubarti coniecturam Πριηπεύς. Permira tamen haec formarum in utroque numero distinctio. An fuit Πριαπεύς?

Προβαλίσιος I 140. 189 *a*. 189 *b*. 293 et sic Stephanus. Recentius demum Προβαλείσιος II 470.

Προκοννήσιοι I 228. 234—244. 256—259. Duplicem litteram N recte servant apud Stephanum optt. codd. RV, cum simplex sit in Aldina. Nam praeter Χερρόνησος omnia composita cum subst. νῆσος liquidam duplicabant. Perperam apud Xenophontem e libris edi solet Προικόννησος — νήσιοι. Ducitur enim nomen a voce πρόξ, ut est Μυοννήσος, Ἐλαφόννησος, Ἀλωπεκοννησος, alia id genus plurima.

Πρῶννοι II 17 (Ol. 100). Lycophron vs. 791 habet Πρώνιοι.

Πτελεούσιοι I 230—240. 259. Praeter hoc ethnicum Steph. habet Πτελεάτης — Πτελεεῖς.

Πυανοψιών nomen mensis Attici. De sequiore forma per E recentissima egi supra pag. 13.

Πυγελῆς et Πυγαλῆς I 37. 234—240. 256. Quinquies illud (37. 237—240) legitur, hoc bis (234. 256). Illam formam solam agnoscit Stephanus.

[Πύριν]δος I 37. fr. w., 21. Id e libris Stephano restituit Meineke. Nempe in Berkeliana et Westermanniana Πύρινθος ex Xylandri errore typographico erat propagatum, et inde manavit in lexica.

Ῥήνεια I 283. Ῥηναῖοι, Ῥηναιῆς 37. 229. 231. 233. 237. 239. 240. 244. Ῥήνεια, ut Thuc. I 13. Herod. VI. 97. Ethnici discrepantia inde explicatur quod teste Stephano praeterea insula audiebat Ῥήνη s. Ῥηναία (Ῥηνέα cod. R) (etiam Ῥηνίς). Grammaticus commemorat ethnica Ῥηναιεὺς καὶ Ῥήνιος, sed pro hoc vide ne scripserit, quod analogia postulat et titulis confirmatur, Ῥην(α)ῖος. At cf. Σάνη — Σάνιοι, de quo tamen et ipso dubito.

Ῥύνδαξ I 37 fr. 2″: Ἀρταῖο[ν ἐπὶ τῷ] Ῥύνδακι. Huic flumini apud Strabonem XII p. 576 et Lycophronem 1364 nomen est Ῥύνδακος, sed teste Stephano ita vocabatur oppidum Phrygiam inter et Hellespontum.

Σαναῖοι I 230. 234—263. Stephanus Σάνη —. οἱ πολῖται Σάνιοι καὶ Σαναῖοι ὡς Καναῖοι, ut correxit Meineke pro Σηναῖοι ὡς Σαναῖοι.

Σαραπιασταί II 617 (a. 249 a. C.) scriptoribus incogniti. Σαραπίων est in decreto publicato in Ἀθηναίου tom. VI fasc. 6. Aetate imperatoria pro Σάραπις et Σαραπίων plerumque est Σέραπις, Σεραπίων velut III 140. 119. 219, rarius apparent formae per A scriptae, ut III 902 et add. 712 *a*.

Σερμυλία I 446. Σερμυλιῆς I 226. 235—238. 240. 242. 243. Bis est Σερβυλιῆς I 233. 267. Illam formam, ut culti sermonis, solam agnoscunt Stephanus et scriptores Graeci.

Σικυώνιος bis in titulo choregico recens reperto (a. 344/3) Mitth. d. Arch. Inst. II 2 p. 189. Eadem nominis forma reperitur in titulis Olympiae repertis Arch. Zeit. 1879 N^{0}. 289. 290, qui ad idem seculum pertinent. Alteram formam Σεκυώνιοι, quam habent vetustissimi numi et serpens triceps (Herod. IX 81. Cf. Stein), et tit. sepulchr. ap. Lebas n^{0}. 1180, non erat fortasse cur Thucydidi redderem. Vid. ed. mea V 58.

Σηλυμβριανοί constanter cum littera M, quam saepe

omittunt codicum nostrorum librarii, logistarum tabulae I 229—259, et IV 61 *a*. (Ol. 92, 4) II 17 (Ol. 100, 3), conspirante Stephano.

Σιδούσιοι Ἐρυθραίων I 230—240. 259. Rectissime Stephanus distinguit inter Σιδούντιος, ethnicon a Σιδοῦς, κώμη Κορίνθου ἢ Μεγαρίδος ἐπίνειον et Σιδούσιος a Σιδοῦς, περὶ Κλαζομενὰς κώμη καὶ ἄλλη τῆς Ἐρυθραίας (Mein. pro Ἐρυθρᾶς) καὶ τόπος τῆς Παμφυλίας.

Σικινῆται I 37. II 17 Steph. Σίκινος —. ὁ οἰκήτωρ. Σικινίτης, ὡς νῆσος νησίτης. At ipsum νησίτης pro νησιώτης est recens admodum et ἀδόκιμον. Nisi forte aliena manus verba ὡς — νησίτης addidit, mero errore factum est quod in optimo codice Rehdigerano exstat vera ethnici forma Σικινήτης, ut pro Σίκινος in omnibus est Σίκηνος. Bergkius (Lyr. Gr. ed. III) Soloni eleg. fr. 2 recte e cod. Monacensi reddidit: Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινήτης / ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος pro vulgato Σικινίτης.

Σκέλιος I 418. Hinc Kirchhoffius ad h. t. locum Arist. Av. 126

οὐκ οἶδα. καὶ τὸν Σκελλίου βδελύττομαι

feliciter sic correxit:

οὐκ οἶδα. καὶ γὰρ τὸν Σκελίου βδελύττομαι,

necessariam esse voculam γάρ recte intelligens. Idem nomen Thucydidi redditurus sum VIII 89, 2.

Σκιπίων III 580. Hanc formam unice veram Plutarchi aliorumque scriptorum librarii per itacismum in Σκηπίων depravare assolent.

Σκιωναῖοι I 227—259. Sic Herodotus, Thucydides, reliqui. Stephanus praeterea Σκιωνεύς.

Σταγιρῖται I 230—259 summa constantia per vocalem. Vitiosa igitur apud antiquiores est diphthongus in Στάγειρα, Στάγειρος, Σταγειρίτης. Sequiores formas habet Stephanus.

Στρεψαῖοι I 37 et in logistarum tabulis 226—244. Ste-

phanus praeterea affert Στρέψιος et Στρεψιανός, quae recentiora esse suspicor.

Συμαῖοι I 37. 243 sq. 256 sq. Stephanus insuper Συμεύς commemorat.

Σφήττιος I 188. 257 et alibi constanter. Ita quoque Stephanus s. v. Σφηττός. Quare lapicidae σφάλμα videtur Σφήτιος III 136.

Τειθράσιος I 179. 292. II 329. II 612 (a. 299/8 a. C.), et alibi constanter per diphthongum. Cf. Tab. Nav. XVII 95—100, p. 568. Codices nostri habent vocalem in Τίθρας et Τιθράσιος et sic Stephanus.

Τεισαμενός, Τείσανδρος, Τεισίας, Τεισίμαχος, Τεισίλαος constanter antiquiores tituli per diphthongum, ut verbum scribunt τεῖσαι, ἐκτεῖσαι, ἀποτεῖσαι. Codd. nostri habere solent vocalem. Veteribus in nominibus propriis diphthongum reddere coeperunt editores, sed consequens est ut idem faciamus in verbo. Cf. supra Μειξίας, sqq.

Τειχιοῦσσα I 37. 226. 251. 262. 264. Stephanus habet Ionicam formam non contractam. E titulis constat in talibus opus esse duplici sibilanti, qua in re saepe peccarunt librarii.

Τελεμήσσιοι I 37. 234. Steph. Byz. Τελμησσός — ὁ πολίτης Τελμησσεύς. καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τελμησσεῖς. λέγεται καὶ τετρασυλλάβως Τελεμησσεῖς, ὡς αὐτὸς ἐν αὐτῷ

> πῶς ἄν τις ἂν οὖν ἢ τί ποιήσας ὦ Τελεμησσῆς;

καὶ πάλιν

> φέρε δὴ τοίνυν, ταῦθ' ὅταν ἔλθῃ, τί ποιεῖν χρή μ'
> ὦ Τελεμησσῆς

— τὸ θηλυκὸν Τελμησσίς ὡς βασιλίς καὶ Τελμήσσιος ὡς Λυρνήσσιος, καὶ θηλυκόν Τελμησσίας κτέ. In his omnibus librarii more suo H depravarant in I, ne scribere quidem reformidantes καὶ Τελμίσσιος ὡς Λυρνήσσιος, sed veras scripturas revocavit Meinekius. Antiquiorem esse formam non syn-

copatam cum per se liquet, tum demonstrant tituli et versus Aristophanis, cuius drama igitur non Τελμησσεῖς sed Τελεμησσεῖς ab ipso vocatum esse probabile existimo. Eandem Herodoto I 78 et 48 pro forma syncopata reddiderim, nec Straboni, quem citat Stephanus, XIV p. 665 et Polybio XXII 27 formas breviores per Η pro Ι reddere iam dubitabit quisquam. Eodem vitio optimus codex Redhigeranus Stephanum liberavit in v. Τερμησσός, ubi Aldina cum Vossiano habebat Τερμισσός, quam formam numi ignorant. Cf. ibi Meinekius.

Τέρμερα, Τερμερῆς I 37 et logistarum tab. 226—240. Steph. Ἡρόδοτος δὲ Τερμίλας αὐτοὺς καλεῖ ἐν τῷ α' (cap. 173), ὁ δὲ χρησμὸς ὁ περὶ αὐτῶν Τερμιλέας αὐτούς φησιν. Ultima verba ὁ δὲ — φησιν optimus codex omittit, et quid sit illud oraculum ignoratur. Ceterum confusio liquidarum Ρ et Λ in omnibus linguis satis frequens est, notumque est id τραυλισμοῦ genus. Philippus in libro de Caribus ap. Schol. Eur. Rhes. 505, quem citat Meinekius, scripsisse creditur: Τέρμερον καὶ Λύκους Λέλεγας γενέσθαι θηριώδεις τὴν φύσιν. τούτων (M. pro τοῦτον) δὲ τὸν Τέρμερον πόλιν οἰκίσαι, ἣν δὴ ἀπ' αὐτοῦ Τέρμερον ὠνομάσθαι, sed fieri potest ut ultimum Τέρμερον potius sit librarii error quam ipsius Philippi.

Τετράπολις. Incolae Τετραπολεῖς vocantur in decreto II 601 (sec. IV exeunte). Praeter hoc Stephanus e Favorino affert Τετραπολῖται. Τετραπολέες in titulo recens reperto Ephem. Arch. 1878 14 Sept., sed Lollingius Mittheil. des D. Arch. Inst. III 3 p. 261 testatur esse ΤΕΤΡΑΠΟΛΕΙΣ.

Τήιοι II 37 et in logistarum tabulis 229—245. Bis terve lapicida vitiose exaravit ΤΕΙΟΙ, i. e. Τήιοι. Vid. 37 et 240.

Τηλάνδριοι I 37 et log. tab. 231—244. Stephanus praeter hoc, ductum a Τήλανδρος, commemorat ethnicon Τηλανδρεύς, a Τηλάνδρεια = Τήλανδρος.

Τροζήνιος II 614 (a. 283/2 a. C.) bis. Cf. Eckhel. D.

N. V. I 2 p. 291. Stephanus et scriptores agnoscunt tantummodo formam vulgarem per OI. Fortasse veteres Athenienses priorem tantum usurpabant. Dolendum est non in pluribus monumentis antiquis Atheniensibus nomen repertum esse, ut sciri posset quid Thucydides tragicique scripserint.

Τυρόδιζα, *Τυρόδιζαι* I 37. 228. 234. 235. 540. Pluralem formam ignorat Stephanus s. v. *Τυρόδιζα* (sic enim eum scripsisse non Τυρρεδίζα (cod. Redh.) nec Τυρέδιζα (Ald. Voss.) ex litterarum ordine et sequentibus intellexit Meinekius). Ἑλλάνικος δέ, scribit, *Τυρόριζαν* αὐτήν φησιν ἐν Περσικῶν β. Scripturae vitio grammaticum deceptum esse probabiliter statuit editor.

Φηγήτιοι, *Φηγέντιοι*, *Φηγούσιοι*. Mira eiusdem ethnici eadem aetate discrepantia. Sed quia Φηγήτιοι decies legitur I 229. 230. 234. 237. 238. 239. 242. 243. 244. 267, Φηγέντιοι semel 235 et Φηγούσιοι item 236 (Cf. II 479), primam formam maxime legitimam esse vix est quod dubitemus. Ipsum huius oppidi Threicii nomen quale fuerit, ignoratur. Potuit esse Φηγής (Φηγῆτος), Φηγείς (Φηγέντος), Φηγοῦς = Φηγόεις (Φηγοῦντος).

Φλειάσιος I 45. II 57 *b* (362/1 a. C.). Hanc igitur formam antiquioribus scriptoribus Atticis ubique reddere nostrum est. Stephanus habet formam recentiorem (per iota), quae hodie legitur apud omnes. Numi imperatorii (in Severi familia) sec. Eckhel D. N. V. I 2 p. 259 habent, quod expectari poterat, ΦΛΙΑΣΙΩΝ.

Φωκαιῆς I 37 et in log. tab. 228—240. Stephanus insuper cum scriptoribus habet *Φωκαεύς* (cf. Πειραεύς pro Πειραιεύς)

Χαλκήτορες log. tab. I 229—239. Stephanus: *Χαλκητόριον*, πόλις Κρήτης. ὁ πολίτης *Χαλκητορεύς* Ἀπολλόδωρος δ' χρονικῶν „μεθ' οὗ Χαρίδημος ἦν φυγὰς *Χαλκητορεύς*." Sic igitur dicebatur aetate Alexandrina. Sequitur Κρατερὸς δ' ἐν τῷ περὶ ψηφισμάτων *Χαλκήτορας* αὐτούς φησιν.

Χαλκειᾶται, Χαλκεᾶται, Χαλκιᾶται. Prima forma in log. tab. legitur septies, I 230. 235. 237. 238. 239. 259. 261, secunda quater, 244. 256 (bis). 264, tertia (minus ut videtur legitima) bis, 229. 263. Oppidi igitur (sive potius oppidorum, vid. 256) nomen fuisse credas Χάλκεια. In Caria situm fuisse apparet ex tit. 239. al. Commemorat Stephanus s. v. Χάλκεια in fine: ἔςι καὶ Καρίας Χάλκεια (sic Mein. Χαλκεῖα Redh. Χαλκαῖα Voss. Χαλκαία Ald.) ἧς τὸ ἐθνικὸν Χαλκεάτης (sic. Redh. et Par., Χαλκαιάτης AV) ὡς Κρατερῷ δοκεῖ. Cf. supra sub Ποτείδαια.

Χερρονήσιοι et Χερσονήσιοι I 37 et leg. tab. I 228—256. Forma per ΡΣ legitur 228 (Ol. 82, 1), sed altera 229 (Ol. 82, 2). 230 (82, 3). 232 (83, 1). 233 (83, 2). 239 (84, 4). 256 (88, 1). 37 (88, 4), unde colligi potest illam formam post a. 451/0 abiisse in desuetudinem, ita ut Thucydidem, qui diu post opus suum condiderit, illa usum esse (variant codd. Vid. Poppo proleg. I p. 210) fortasse haud iniuria dubites. In titulis Χερρόνησος eadem constantia legitur I 37. 258. 540, Χερσόνησος nusquam. (Similiter in tabulis navalibus ap. Boechhium constanter ταρρός reperitur, nusquam ταρσός, quod libri habent Thuc. II 67. VII 40). Semper autem uno sibilanti haec vocabula scribuntur et sic Χερρονησῖται, qua in re saepe peccatur a librariis sequentibus reliquorum cum νῆσος compositorum analogiam. Cf. supra in Προκοννήσιοι. Intelligenda Χερρόνησος, πόλις ἐν τῇ κατὰ Κνίδον Χερρονήσῳ, de qua cf. Stephanus s. v. Distinguendi ab iis

Χερρονησῖται, qui Χερσονησῖται audiunt I 228 (Ol. 82, 1) itaque I 226 (Ol. 81, 3) a Kirchhoffio sic supplendi fuerant, non, ut fecit, Χερρονησ]ῖται. I 230 (82, 3) superest ΧΕΡ, ita ut forma ibi dubia sit, sed iam I 232 (Ol. 83, 1) est Χερρονη(σῖται). Igitur 233 recte suppletum est Χερ[ρ]ο[νη-σῖται]. Cf. 236. 238. 239. 240. 242. 244. 257. 258. IV 491 *a*. Docet Stephanus s. v. Χερρόνησος sic audisse incolas

oppidi siti in paeninsula Taurica (Herod. IV 99), et praeterea oppidi Cretensis inter Cnosum et Oaxum, licet hi etiam Χερρονήσιοι subinde appellati sint.

Χολλείδης I 236. 310. 424 et post Euclidem etiam constanter (de scribendi ratione per H supra p. 5 egimus), ut II 467, 73. 75. 78, 467, 138. 589. cett., nusquam Χολλίδης, ut saepe fit in codicibus nostris. Perperam igitur Koehlerus II 465, 67 supplevit Χολλ]ίδης.

Nomina, quae in titulis prorsus eodem modo scriberentur atque in libris manuscriptis et apud Stephanum Byzantinum, huic catalogo inserere nihil attinebat. De industria etiam paucis exceptis abstinui a commemorandis nominibus Romanis, quorum curam suscepit Dittenbergerus in Herme a. 1872, p. 72 sqq. et 281 sqq.

---

§ 4.

Adverbia demotica quorum scriptura titulis Atticis stabilitur.

I.

Ἀγγελῆσι(ν). Ἀγκυλῆσι(ν). Ἀγρυλῆσι(ν). Ἀθήνησι(ν). Ἀθμονοῖ. Ἀζηνιᾶσιν. Αἰξωνῆσιν, Ἀλωπεκῆσιν, Ἀμφιτροπῆσιν. Ἀνακᾶσιν. Ἀτηνῆσιν. Ἀχαρνῆσιν. Βατῆσιν. Γαργηττοῖ. Ἐλευσῖνι, Ἐρυθοῖ. Ἐρχιᾶσιν. Κολωνοῖ. Λαμπτρᾶσιν. Μουνιχίασιν. Οἰνοῆσιν. Ὀτρυνῆσιν. Παιανιοῖ. Παλληνῆσιν. Πεντελῆσιν. Ποταμοῖ. Φαληροῖ. Φλυῆσιν.

Contra scribi aolet ἐν Ἐλαιεῖ sive Ἐλαεῖ. ἐν Κοίλῃ. ἐν Κολλυτῷ. ἐν Κυδαθηναίῳ. ἐμΜελίτῃ. ἐν Μυρρινούττῃ. ἐμΠειραιεῖ. ἐν Σκαμβωνιδῶν. ἐσΣυμμαχιδῶν, i. e. ἐν Συμμαχιδῶν.

Demotica hoc genus adverbia extra Atticam sunt Ἐρυθρᾶσιν I 9. (Cimoniae aetatis est titulus), quia coloni Athe-

niensium erant Erythraei, Ἰσθμοῖ (I 420), quo frequenter Athenienses commeabant, et ob eandem causam Ὀλυμπίασιν I 419 (c. Ol. 85) et Πυθοῖ I 8. 12 Ὀλυμπίασι] ἢ Πυθοῖ ἢ Ἰσθμοῖ ἢ Νεμέᾳ, ubi etsi Νεμέᾳ verus est dativus praepositio tamen non additur non magis quam I 420 νικᾷ Ἰσθμοῖ, Νεμέᾳ (bis). Magis miror in titulo multo recentiore (284/3 a. C.) II legi τὴν μάχην τὴν Ἰψῷ γενομένην, ubi dubites an lapicidae errore praepositio omissa sit. Tandem est Μεγαροῖ I 433.

II.

Ἀγγελῆθεν. Ἀγκυλῆθεν. Ἀγρυλῆθεν. Ἀλωπεκῆθεν. Ἀμφιτροπῆθεν. Βατῆθεν. Ἑκαλῆθεν. Ἑστιαιόθεν. Κεφαλῆθεν. Κολωνῆθεν. Κονδυλῆθεν. Κριῶθεν. Ἰτέαθεν in titulo aetatis imperatoriae pro Εἰτέαθεν, nam antiquum demi nomen fuit Εἰτέα, unde Εἰτεαῖος, quod vide supra. Praeterea Μουνιχίαθεν. Ὄαθεν. Ὀῆθεν. Οἰόθεν. Πεντελῆθεν. Περγασῆθεν. Σφενδαλῆθεν. Φλυῆθεν. Ὠᾶθεν. Ὠῆθεν. Rarissimum est (III 1128 et 1138) et nisi fallor recentioris usus Οἰόθεν. Constanter enim alibi in titulis reperitur ἐξ Οἴου, conspirante Stephano s. v. Οἶον, qui haec habet: Οἶον, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς (τὰ τοπικὰ ins. Meinekius) ἐξ Οἴου „Ἄλεξις Ἀλέξιδος ἐξ Οἴου" ἐν Οἴῳ, Οἶόνδε (quod non magis inveni), εἰς Οἶον. Sine exceptione dicitur in titulis: ἐκ Κεραμέων, ἐκ Κηδῶν, ἐκ Κοίνης, ἐκ Λακιαδῶν, ἐξ Αἰθαλιδῶν, ἐκ Βησαιέων, ἐκ Δαιδαλιδῶν.

III.

Ἀθήναζε. Ἐλευσῖνάδε. Reliqua hoc genus adhibendi in inscriptionibus defuisse videtur occasio.

Demotica persaepe compendiose significantur in titulis prima vocabuli parte velut Ἀλωπε. Πειρ. vel Πειραι. ἐν Σκαμ. ἐμΜελι. ἐν Κολλυ. ἐν Κυδαθη.

CAPUT TERTIUM.

Vocabula et vocabulorum formae quacumque de causa notabiles.

[TN = tabulae navales ap. Boekhium].

Continebit hic catalogus ea quoque vocabula quae aut apud scriptores omnino non reperiuntur aut tantummodo apud recentissimos, vel nova vi usurpantur praesertim in titulis aera nostra antiquioribus.

ἄγκοινα passim TN sec. B. p. 152 funis, quo ad malum antenna astringitur.

ἀγκύρειος. Σχοινία ἀγκυρεῖα TN p. 329. 332.

ἄζυξ TN p. 421 sq. 468, sine remigio B. p. 104.

AI. De diphthongo in *αἰεί*, *αἰετός*, *ἐλαία*, *κλαίω* vid. Wecklein, p. 63 sqq.

αἶτωμα forma syncopata pro *αἰέτωμα* III 162 (aet. Hadriani). Cf. *σκόρδων*.

ἀκαὶ σιδηραῖ TN p. 405.

ἀκάμπιον II 455 (circa a. 160 a. C.) 446, 89. 92. alibi. Est agonisma, cui opponi solet ὁ δίαυλος.

ἀκατάξεστος I 322 (saepius).

ἀκάτειος. κεραία vel ἱστός, TN p. 273. 292. 293. al. Cf. Pollux.

ἀκιδοῦν. ἠκιδωμένα βέλη TN p. 411, 446, al. Cf. Hesychius. ἀκίδωτος. Opponitur *ἀνηκίδωτος* l.l.

ἄλλος abundat II 589 (νέμειν καὶ Καλλιδάμαντι [erat Chollides] μερίδα καθάπερ καὶ τοῖς *ἄλλοις* Πειραιεῦσιν), ut non raro apud scriptores.

ἀλοιμμός II 167. 85. Per unum M minus recte vox scribitur apud Etym. M. p. 69, 41. Similiter Hesychius *ἄλοιμα·* ἄλειμμα. Verum videtur *ἄλοιμμα.*

Ἀμαξαν(τειεύς) TN p. 379 supplet Boeckh. Debuerat Ἀμαξαντιεύς. Vid. Steph. Byz. s. v.

ἀμοῦ. Vid. sub. οὐδείς.

ἀμφιδέαι. TN p. 409, ubi vid. Boekh.

ἀναγορεύειν. Observavit Cobet veteres Atticos fere abstinuisse ab usu futuri et aoristi et perfecti verbi ἀγορεύειν eiusque compositorum pro iisque adhibuisse formas ἐρεῖν, εἶπον, εἰρηκέναι, εἰρῆσθαι. In titulis solum (idque perfrequenter) reperitur compositum ἀναγορεύειν cum Aoristo ἀνειπεῖν, qui legitur II 312. 331. 341. 351. 465, 467, 49 et 99. 469. 470 (bis). 471 (bis). 479. 481. 594. 614, alibi saepe. Contra rarum est ἀναγορεῦσαι, velut II 611 (300/299) 617 (249 a. C.) TN XIV a. 200. 209. 224. Inversa ratione in titulis non repperi quod apud scriptores legi solet *ἀνάρρησις*, sed constanter *ἀναγόρευσις*, ut videre est ex inscriptionibus supra laudatis.

ἀνάλωμα. Adeo constans in titulis (et apud scriptores) est frequentissima formula *τὸ γενόμενον* ἀνάλωμα, ut vehementer dubitem num revera II 444 in lapide lectu difficillimo (teste Koehlero) legatur *τὸ δὲ ἐσόμενον* ἀνάλωμα μερίσαι τὸν ταμίαν τῶν στρατιωτικῶν. Quapropter denuo velim diligenter examinetur.

ἀναξέσαι. I 282. Participii forma contracta *ἀναξῶν* est

I 167, 72. Alibi est *καταξοῦντι*. Cf. Wecklein p. 32. Itaque veteres Attici verbum ΞΕΩ non aliter contrahere solebant quam ΔΕΩ, ligo.

ἀνεπιβάρητος II 482, 64 inter a. 39 et 32 a. C.) = *ἀτελής*, *ἀνείσφορος*.

ἀνεπικλήρωτος τριήρης TN p. 263, alibi, non sorte assignata trierarcho. Vid. B. p. 108.

ἀνήλωμα barbarismus pro *ἀνάλωμα* II 595 et 624 (sec. II a. C.).

ἀνήλωσα, *ἀνηλώθην*, *ἀνήλωκα* (non *ἀνάλωσα* cett.) constanter Attici. Vid. Wecklein p. 33 sqq., ubi simul egit de *εἱστήκη* deque augmento in verbis *εὑρίσκειν*, *εὔχεσθαι*, *εἰκάζειν*, aliis. Formarum *ἀνάλωσα* cett. nullum omnino repperi in titulis Atticis exemplum.

ἀνηλώσας pro *ἀναλώσας* barbarismus in titulis duobus sec. II a. C. II 594 et 624.

ἄνθεμον I 319 ornamentum architectonicum.

ἀνθέμωτος, *καλυπτὴρ ἀνθέμωτος* imbrex anthemio ornata TN p. 407 sq. ibique Boekh.

ἀντιθήματα et *ἀντιμόρω* voces architectonicae I 322.

ἀπό, pretium indicans, II 470, 71, 80 *φιάλην ἀπὸ δραχμῶν ἑκατόν*. Cf. 477, 13. Add. nov. 159 *b* (sec. IV a. C.), 7, alibi.

ἀποκηρύξιμος II 476 (ult. sec. a. C.) 4 sq. [*τὸν τῶν ἀπ*]*οκηρυξίμων λόγον*. Cf. ib. 28 *ἐὰν δὲ ἐν ἐλάττονι πωλῇ ἀγγείῳ, ἡ ἀρχὴ ὑφ' ἣν ἂν τ*[... *τά*] *τε ἐνόντα παραχρῆμα* [*ἀ*]*ποκηρυ*[*τ-τ*]*έτω κτέ*.

ἀπόπαξ I 286 *μισθοὶ κατὰ* [*τὰ εἰρημέν*]*α ἀπόπαξ*. Hesychius *ἀπόπαξ· ξύμπαν*, citante Kirchhoffio.

ἀποργάζειν II 167, 84. Notum erat verbum simplex.

ἀργυρηρος II 621 (sec. II a. C. init.). Laudatur aliquis quod factus sit *τοῦ ἐράνου τοῦ ἀργυρήρου* (sic) *ἀρχηγός*. Expectabam certe hoc accentu *ἀργυρήρου*Σ, ut est *χρυσήρης*, *χαλκήρης* al., licet alius sit huius terminationis usus. Deficiunt

me analoga et de accentu dubito. Nonne scribendum *ἀργυρηροῦ*, ut est *ἰχθυηρός*, alia?

Articulus. I 167 *τὴν τῆς θεοῦ ἐσθῆτα ἔλαβε παρὰ Δεισάν[ορος καὶ τῶν] συναρχόντων.* Male verba sic olim explevisse Boeckhium (melius supplementum excogitavit Kirchhoff), vel hoc indicio deprehendi potest, quod contra constantem in titulis Atticis consuetudinem addidit articulum. Vid. v. c. IV 160 *a* p. 29. I 179, 5 et 16. 180—183, al. Similiter constanter sine articulo dicitur *Ἑλληνοδίκαις καὶ παρέδροις; ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας, οἱ δεῖνα καὶ ξυνάρχοντες; τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν ὁ δεῖνα καὶ συμπρόεδροι*, et ita in ceteris. Vid. etiam sub *ὅδε*.

ἀσκοῦν. *Ἤσκωται τριήρης* TN p. 283. 284. al. (cf. B. p. 108).

ἀσπονδία II 14 *b* (add.), a. 387 a. C. *σπονδῶν καὶ ἀσπονδιῶν πέρι.*

ἀστράγαλος vox architectonica II 282.

ἀστραφιστήρ TN. p. 411. 446. 499. zum nivelliren gebrauchtes visirinstrument, interprete B. p. 111.

Attractio genetivi. Multo frequentiorem in titulis esse structuram *τῆς εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ* quam *ἣν* iam verbo monnit Wecklein p. 41. Illam vid. II 470, 25. 68. 481, 32. 482, 30. 471, 93. 582. 588, al., hanc II 477, 2. Add. nov. 477 *b*. vers. fin. 592, al.

Attractio temporis II 470 *ὑπὲρ τῆς θυσίας ἧς ἔθυσεν θεοῖς οἷς πάτριον ἦν.* Cf. 478, 4. 481, 32. 482, 30, al.

αὐτίκα μάλα. Semper et ubique hoc ordine. Vide e multis locis I 54. 59. IV 22 *a*. II 1 *b*. 57 *b*. 85. 108 *b*. 114 *b*. 225. Neque umquam aliter, quod sciam, boni scriptores, nisi quod semel Aristophanes Thesm. 750 scripsisse traditur: *αὕτη δ' ἀποσφαγήσεται μάλ' αὐτίκα.* Sed ibi fortasse dederat:

αὕτη δ' ἀποσφαγήσετ' αὐτίκα δὴ μάλα.

αὐτός, solus, ut interdum apud scriptores, II 589.

ἀχυροῦν II 167, 68, al. *πηλῷ ἠχυρωμένῳ.*

βιοτικός II 482, 28 *ἐν ταῖς βιοτικαῖς δαπάναις.* Vocabulum apud scriptores hodie non obvium, optime formatum a *βίοτος* (cf. *θυμικός*, alia sexcenta) nescio an reponendum sit apud illos, ubicumque significantur quae ad victum pertinent v. c. apud Diod. Sic. II 19, ubi editur *χρεῖαι βιωτικαί.* Contra ars vivendi recte *βιωτική* audit apud M. Antonin. VII 61, i. e. *ἡ πῶς βιωτέον τέχνη.*

γεισήπους II 167 vs. 51 (inter Ol. 111, 3 et 113, 3) vs. 51. *γεισηπόδισμα* ibid. 63 et *γεισηποδίσματι* ib. 114. Dubitari nequit quin itacismo depravatae sint scripturae *γεισίπους*, *γεισιπόδισμα*, *γεισιποδίζω* apud Pollucem VII, 12 et Bekk. Anecd. p. 227, 5.

Genetivus. Simplex genetivus, ubi expectes *περί* c. G. I 38 fragm. f. *τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ φόρου.* Quantivis pretii testimonium, quia de similibus locis apud scriptores iniuria dubitatum est, v. c. nuper a Cobeto ad Thuc. I 140 Mnem. VIII p. 94.

γεννητής, non *γενητής*, veram formam esse fidem faciet tit. II 596 (Alexandri M. aet.), ubi est *[γ]εννητῶν.*

γίγνομαι, *γίνομαι.* Non repetam quae Wecklein p. 56 tradidit de vetustis formis Atticis *γίγνομαι* et *γιγνώσκω*, sed fortasse haud inutiliter adscribam titulos antiquiores, in quibus formae, quae ex Ionica dialectu in Atticam migrarunt, iam leguntur. Vid. II 453 *b* (part. prior. sec. II a. C.) vs. 19 *γινομένας.* II 594 (c. 127 a. C.) *γίνεται.* II 466, 10 (c. 100 a. C.) *γινομένην*, sed hic titulus litteris minutis negligenter incisus ut difficilius agnoscatur, et nescio an ibi melius legatur *γενομένην*, sed ibidem vs. 16 est *τὰ γινόμενα ἱερὰ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπέδωκαν*, ubi nullus est dubitandi locus, non magis quam vs. 32 sq., ubi recte est *γινόμεναι.* Add. 467 (sec. I a. C. init.), 80 *γινομένων*, II 468 (paullo recentior), 17 *παραγινόμενοι*, ib. 90 *γίνωνται.* II 477 (1 sec. a. C.), 20 *γεινομέναις.* Imperatoriae aetatis monumenta, in

quibus hac formae constanter apparent, afferre nihil attinet. Alexandri aetale Weckleinio, mihi aliquanto post, Athenis certe, increbuisse videntur.

γραμματεύειν c. Gen. I 176 *ἐπὶ τῆς βουλῆς ἧς Μεγακλείδης πρῶτος ἐγραμμάτευε*. Alterum quod notavi exemplum est III 9 (198 p. C.) *πρυτανείας, ἧς ἐγραμμάτευε*, paullo tamen diversum; sed fieri potest, ut sint plura. Verum hoc affirmare ausim paene constanter apparere in hac similibusque formulis **dativum**. Genetivus non ex attractione explicandus videtur, sed potius e notione verbi *γραμματεύειν* = *γραμματέα εἶναι*.

Dativus. Quod saepius apud Demosthenem legitur in oratione pro corona *καινοῖς τραγῳδοῖς* habes II 444. 467. alibi. Similia quaedam hic colligam: II 311 *Διονυσίων τῶν μεγάλων τραγῳδοῖς*. II 464. 465. 470 *τραγῳδῶν τῷ καινῷ ἀγῶνι*. II 580 *Ἀμαρυσίων τῷ ἀγῶνι*. II 585 (a. 313/2 a. C.) *Διονυσίων τοῖς κωμῳδοῖς τοῖς Αἰξωνῆσι*. III 592 (sec. III part. alt.) *Διονυσίων τε τῶν μεγάλων τραγῳδῶν τῷ καινῷ ἀγῶνι καὶ Παναθηναίων καὶ Ἐλευσινίων τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς οὓς ἡ πόλι[ς τίθησι ἀγῶσιν, ἐν] Ἡφαιςίᾳ δὲ Διονυσίων τραγῳδῶν τῷ ἀγῶνι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσιν*. Cf. II 594. Ib. 444 *τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν*. Cf. 464. 465. Ib. 466 *τοῖς μυςηρίοις*. 467 *ταῖς θυσίαις*, alia, prorsus ut pervulgato more dicitur a scriptoribus *τοῖς Διονυσίοις, τοῖς Παναθηναίοις*, similiaque. Contra II 465, 4 est *ἐν τοῖς Θησείοις*.

De dativis formis antiquis in *ῃσι, ησι, αισι, ασι, οισι* constanter comparentibus in titulis Olympiade XC antiquioribus, numquam postea, cf. Wecklein p. 1 sqq.

δέ traiectum post *ὅπως ἄν*. Vid. cap. IV.

δεκάτη ὑςέρα II 420 = *δεκάτη φθίνοντος*, itaque mensis dies vicesimus primus, ut recte interpretatur Buecheler in Museo Rhen. 1879 p. 380 sqq. Opponitur *δεκάτη προτέρα*, i. e. *δεκάτη ἱςαμένου*. Vide v. c. II 390.

δεισίας κριῶν II 631 (sec. IV init.) recensetur inter ἱερώσυνα. Mensura aliqua esse videtur.

δεύτερος ἄρχων, archon suffectus II 299 *b*.

διαλέγειν pro διαλέγεσθαι? II 645 (sec. II a. C. ineuntis), vs. 8 προσήγαγον αὐτο]ὺς οἱ πρυτάνεις πρὸς τὸν δῆμον ἐν ἱεροῖς καὶ *διαλέγοντ*[ος αὐτοῦ περὶ τῆς εὐνοία]ς ἧς ἔχουσι πρὸς πάντας Ἀθηναίους φιλανθρώπως κτέ. Quam vellem lapidem inspicere.

διανεκής II 610 (sec. IV) recenset inter ἱερώσυνα: κωλῆν *διανε*[κ]ῆ δεξίαν. Vocem Atticam saepe librarii corruperunt in formam Ionicam ex Homero notissimam, v. c. apud Platonem de legg. VIII p. 839 A ὁ δὴ νόμος οὗτος *διηνεκὴς* μὲν γενόμενος καὶ κρατήσας κτέ. Solo Moeridis testimonio evasit eiusdem Hippiae maioris locus p. 301 B διανεκῆ σώματα, et unius codicis fide locus Anaxandridis ap. Ath. X p. 455 F:

> Ἀρτίως διηρτάμηκε καὶ τὰ μὲν *διανεκῆ*
> σώματος μέρη δαμάζει ἐν πυρικτίτοισι γᾶς.

Recte Moeris: διανεκεῖ λόγῳ — Ἀττικῶς· διηνεκεῖ Ἑλληνικῶς, nec audiendus ad eum locum Sallierius.

δίδωμι. Aor. I huius verbi et compositorum in plurali numero perraro reperitur. In TN XIII m. 45 legitur *παρέδωκαμεν*. Paullo minus rara est III p. Pl., sed ne haec quidem reperitur, quod sciam, ante sec. IV.

δισπερίοδος III 129 vocatur homo bis factus περιοδονίκης.

δοροῦν, verbum architectonicum valde obscurum II 167, 68 et 73.

δρυμών I 274. In lapide esse contendunt ΔΡΥΙΝΟΝ.

Dualis. Cf. Wecklein p. 13.

δύο. Cf. idem p. 28.

ἐδωλιάζειν. II 573. Verbum notum e grammaticis.

εἰκάς. In notandis diebus mensis postremis ante aetatem imperatoriam constanter reperitur μετ' εἰκάδας, deinde vero

sing. num. μετ' εἰκάδα. Sed extra Atticam sing. num. usum multo antiquiorem esse docet titulus Chius, qui refertur ad aetatem post Alexandri magnum, ubi vs. 23 est Ποσιδεῶνος τετάρτῃ ἐξ εἰκάδος. Vid. Mitth. d. D. Archaeol. Inst. III 3, p. 206.

εἶναι pro ἐξεῖναι I 40 Κλεώνυμος εἶπε· Μεθωναίοις ε[ῖ]ν[αί τε] ἐξ[ά]γειν κτέ. Cf. I 59 εἶναι δὲ Θρασυ[βούλῳ φυλῆς τε εἶναι καὶ δήμου κ]αὶ φρατρίας ὧν ἂν βούληται.

εἰς, ἐς. Cf. Wecklein p. 58 sqq.

ΕΙΣ pro ΕΑΣ. Vetustissima exempla huius acc. plur. mihi cognita exstant II 243 (ante 301) πρὸς τοὺς βασιλεῖς et 250 (c. Ol. 118, 3) et 251 (307—300 a. C.). Cf. 263 (303/2 a. C.), 589 (sec. III init. aut fin. IV[ti]) ἱερεῖς et Πειραιεῖς. Wecklein p. 21 contra veterum grammaticorum sententiam putat veteres Atticos έας contraxisse in ῆς, et cl. Soph. Ai. 390 Aristophani Av. 1356 πελαργιδῆς reddendum esse pro πελαργιδεῖς. De nominativo nemo dubitat, sed hucusque in grammaticis circumfertur forma paullo recentior nom. υἱεῖς. Vera forma antiqua exstat in lege Dracontis I 61, ubi est ΗΤΕΣ, i. e. ὑῆς.

εἰσιτητήρια, sc. ἱερά. Sic constanter tituli, sed non minus constanter librarii omissa syllaba scribunt εἰσιτήρια et ἐξιτήριος. Nam ἐξιτητήρια in solis inscriptionibus exstare videtur. Cf. II 10. 325. 470, 4, 34. 481, 33, 58. 482, 8. 622. Add. II 453 *c.*, al.

εἰσπρίασθαι. TN XIV *b*, 115 p. 472: ταρροὺς ἐπὶ τριήρεις, οὓς Δημάδης εἰσεπρίατο. Cf. ib. c. 220 p. 488.

εἰστηκότα (sic) pro ἑστηκότα I 224, p. 274 A extr.

ἔκγονος, ἔγγονος. Utraque vox sine ullo discrimine in titulis Atticis adhibetur. Sexcenties est in decretis honorariis αὐτὸν καὶ ἐκγόνους, sim. Vid. II 47. 51. 53. 52, 11, 15, 28. 54, 11. 76, 6. 86, 6. 87, 13. 115. 121. 124, 17. 145. 171. 176. 186. 187. 209. 288. 512. Add. 10 *b*. 115 *b*, 17. II 605

(bis) 610, cett. Longe rarius reperitur *αὐτὸν καὶ ἐγγόνους*. Cf. II 46, 50. 89. 186. 272. 381, quo loco est epigramma servatum in Anthologia Pal. VI 138, ubi legitur *ἔκγονος*. Haberi solent ambo vocabula diversae originis derivarique *ἔγγονος* a praepositione *ἐν* et *γονή*. Facit sane pro ea etymologia nota lex sermonis, qua in compositis littera N ante gutturalem transit in Γ, quae lex in vetustis inscriptionibus etiam pertinet ad vocabula separata. Exaratur enim *τὸγγραμματέα, πλὴγγῆς, τῶγκαιρῶν, ἐγχερρονήσῳ, ἱερῶγχρημάτων*, similia. Quia tamen nullum esse videtur satis constans significandi discrimen, videndum an forte (quod quaero magis quam contendo) etiam origine ambo vocabula non differant. Nempe in antiquioribus titulis littera gutturalis in praep. EK saepe mutatur in Γ aut X, idque non solum ante liquidas Λ et M, ut in *ἐγΛέσβου* vel *ἐχΛέσβου, ἐγΛεοντίνων, ἐγΛακιαδῶν, ἐγλιμένος, ἐγλυθέντων, ἐγλέγειν, ἐγΜυρινούττης*, ante Σ, ut in *ἐγΣάμου* vel *ἐχΣάμου, ἐχΣαμίων*, ante B, ut in *ἐγΒυζαντίου, ἐγΒενδιδέων*, ante Δ, ut in *ἐγΔιονυσίων, ἐγδοχάς, ἔγδοσις, ἐγΔήλου*, ante Θ in *ἐγΘετταλίας*, ante Π in *ἐγπλεῦται*, ante Φ in *ἐγΦέρειν*, sed etiam ante gutturalem X in *ἐγΧερρονήσου, ἐγΧαλκίδος*, ut mirum non sit aliquando pro eo quod est *ἔκγονος* vulgus pronuntiasse et scripsisse *ἔγγονος*, idque eo minus quod quam pronum fuerit ad leniendam litterae K asperitatem apparet etiam e titulis, qualis est II 272 ubi scriptum exstat *ἐν ἀ γ ρ ο π ό λ ε ι*.

Haec igitur suspitio si vera est, *ἔγγονος* habendum est pro forma plebeia nominis *ἔκγονος*, ideoque e culti sermonis Attici auctoribus exturbandum.

De aliis consonantium mutationibus diligenter egit Wecklein p. 47 sqq. Hoc unum monere neglexit litteram N in compositione ante B interdum non mutari in M, sed illi litterae assimilari. Sic. II add. 52 *c* (a. 368/7) vs. 11 legitur *ξυββαλέσθαι*.

ἔ κ π ο υ ς, *ἐξδάκτυλος* et *ἐγδάκτυλος*. Cf. Weckl. p. 49.

ἐ κ Φ έ ρ ε ι ν εἰς τὸν δῆμον, f e r r e a d p o p u l u m I 38 et

saepe alibi in sollemni formula τὴν βουλὴν προβουλεύσασαν ἐξενεγκεῖν εἰς τὸν δῆμον περὶ κτέ. Cf. infra ξυμβάλλεσθαι.

ἔμπροσθεν II 61 τῆς χαλκοθήκης. De tempore in antiquioribus titulis dici solet ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, paullo recentius demum ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ, velut II 175. 230 (111—115 Ol.), 271, 573 (med. sec. IV), al.

ἔνος. II 470 πρὸς τοὺς ἔνους ἐφβήους (ἔδραμον) οὓς καὶ ἐνίκων. Rarioris vocabuli (cf. lexica) exemplum nolui praetermittere.

Ellipsis optativi verbi εἶναι. Legitur II 578, 12 (sec. IV) εὐορκοῦντι μέν μοι πολλὰ καὶ ἀγαθά, εἰ δ' ἐπιορκοίην, τἀναντία. Nullum mihi ex scriptoribus innotuit huius licentiae exemplum. Lapicidae error videtur. Cf. II add. 49 *b*, 25, 37.

ἕνεκα, ἕνεκεν, εἵνεκα, οὕνεκα, τούνεκα. Cf. de his Wecklein p. 36 sqq.

ἐξυπάγειν II 167, 42.

ἐπαινεῖν cum dativo personae. I 56 τῷ μὲν δήμῳ τῷ Σαμίων ἐπαινέσαι ὅτι σφᾶς αὐτοὺς ἠλευθέρωσαν. IV p. 16 sq. vs. 6. ἐπαινέσαι τοῖς Νεοπολίταις — ὅτι συνδιεπολέμησαν τὸν πόλεμον μετὰ Ἀθηναίων κτέ. Fueritne olim similis constructio I 62. 82. II 26 non ausim decernere. Homerus Iliad. XVIII 312 Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπῄνησαν κακὰ μητιόωντι, ubi verbo non est prorsus eadem sententia, ibi enim est fere = συνέπαινοι ἐγένοντο, s. συνεπῄνεσαν. De forma ἐπεινέκασι vid. p. 6, vs. 3.

ἐπαρχὴν ἐπάρχεσθαι II 588 (sec. IV extr. aut III ineunte).

ἐπίγυα TN, p. 323, alibi constanter, pro ἐπίγεια.

ἐπιδόσιμα (s. χρήματα) TN, p. 441 et alibi τὰ σιτωνικὰ τὰ ἐπιδόσιμα.

ἐπικρανῖτις = ἐπίκρανον I 322.

ἐπιμέλεσθαι, ἐπιμελεῖσθαι. Verbi contracti nullum exstare videtur exemplum, quod tempora Euclidea quaeque proxime secuta sunt excedere videtur, sed summa constantia

in titulis Atticis scribitur ἐπιμέλεσθαι, ἐπιμέλεται, ἐπιμελόμενος, ἐπιμελέσθω (— σθων), ut tam verbi simplicis quam compositi μεταμέλεσθαι analogia postulat. Vide v. c. I 35. 59, 32. 77, 15, 18. 88. 94. 106. cett. Incertae aetatis est titulus post-Euclideus II 40, in quo est ἐπιμελεῖσθαι, sed eadem forma legitur II 54, 14, quae inscriptio pertinet ad Ol. 104, 4, i. e. ad a. 363/2 a. C. Cf. 55, 14. 62, 15 cett. Deinde vero est longe frequentior quam forma antiquior, quae raro apparet velut II 186 (Ol. 114, 3 = 322/1 a. C.), ubi est ἐπιμέλεται et ἐπιμέλεσθαι, quales formae num aetate imperatoria omnino reperiantur dubito, etsi fateor me hanc quidem in rem non data opera inquisivisse, ita ut facile fieri possit ut fallar. Thucydidi igitur et tragicis et antiquae comoediae auctoribus verbum contractum abiudicandum esse satis constare videtur. Cf. RIEMANN, Bulletin de Corr. Hell. VIII p. 496 sq.

ἐπωροφία I 322.

εὔνοια pro libitu iungitur cum praep. πρός, εἰς et περί(τινα). Cf. II 263. 320. 282, 297. 300. 331. Πρός tamen et περί longe frequentius ponuntur quam εἰς. Cf. infra sub v. προσάγειν.

εὔνους, sequior forma plur. nominativi pro εὖνοι II 315 (sec. III ineunt.) Vid. Weckl. p. 26.

εὐνόως pro εὔνως II 443 (inc. aet.).

εὑράμενον pro εὑρόμενον in titulo temporis Hadriani III 900.

ἐσέσθων. Vid. sub v. Imperativus.

ἐφάμιλλον II 621 et saepe alias in decretis honorariis legitur in formula: ὅπως ἂν ἐφάμιλλον ᾖ καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς βουλομένοις φιλοτιμεῖσθαι εἰδότας ὅτι χάριτας ἀξίας κομιοῦνται ὡς ἂν εὐεργετῶσιν κτέ.

(τὸν) ἐχόμενον ἑξῆς saepius I 324, p. 174 sq.

Zeugma. II 588 τὴν οἰκοδομίαν τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἀναθημάτων ὧν ἂν ἀνατιθῶσιν. Scribi oportuerat καὶ τὴν ἀνάθεσιν τῶν ἀναθημάτων.

ζύγιος. Κῶπαι ζύγιαι et *θαλάμιαι* = τῶν ζυγιτῶν καὶ τῶν θαλαμάκων. TN p. 275 et alibi.

Ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων, *τῶν* ἑξακοσίων, *τῶν* ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα, *τῶν* τριακοσίων constanter scribitur aetate imperatoria, velut. III 457. 458. 460. 635. 716. 719. Antiquiores Attici constanter ἡ βουλὴ *οἱ* πεντακόσιοι. Τὴν βουλὴν *τοὺς ἑξακοσίους* est II 476 (sec. II vel I a. C.).

ἠβούλοντο. Hoc augmentum reperio II 314 (a. 284/3), ἠδύνατο legitur II 329 et 331 (s. III part. prior.), ἠδύνατο et ἠδύναντο. 420 (s. II a. C.). Sed II 89 (Ol. 106) est forma vetustior ἐδύναντο. Cf. Riemann l. l. p. 499.

ἡμερολεγδόν II add. nov. 320 *b* (Ol. 125, 2) ὀγδόει μετ' εἰκάδας ἡμερολεγδόν.

ἡρακλέῳ pro ἡρακλείῳ traditur esse II 604.

ἡροϊσταί II 630 (med. sec. ult. a. C.) τὸ κοινὸν τῶν ἡροϊστῶν. Expectaveram ἡρωϊστῶν. Sed cf. Μινοῆται a Μινῴα sub Nom. Propr.

ηὖχθαι, non *εὖχθαι*, esse in titulo II add. 57 *b*, 12 (362/1 a. C.) monet Riemann l. l. p. 501, ubi verba incipientia a diphthongis non nisi posteriore aetate amisisse augmentum recte iudicat. Vid. οἰκοδομημένοι.

θεηκόλοι III 487, alibi saepe in titulis aet. imp.

θεοί. Saepe scriptum supra titulos, non tantum decreta continentes (v. c. IV 33 *a*) sed etiam alia, velut quaestorum rationes I p. 64. *b* 1 sq. *c* 1 sq. *d* 1 sqq. Rarissima est plena formula *θεοὶ ἐπικούριοι*, ut I p. 74.

θεός (ἡ) constanter ante aeram nostram. Formam θεά num. sing. primum reperio in tit. aet. imp. III 63.

θέμα pro θῆμα III 758 *a* (add.), aet. imp.

θητωνεῖν II 476, 54 (sec. ult. a C.). Cf. Suid. i. v. θητώνιον.

θυηχός I 322. De forma Attica θυηχοῦ pro θυηκόου (cf. Phot. s. v. θυηκόοι) vid. Wecklein p. 42. In inscriptione aet. imp. III 244 legitur forma θυηχόου.

θριπήδεςος TN p. 262 et passim, nusquam vitiosa forma *θριπηδέςατος*. Vid. lexica.

θωά. Quod vulgo, etiam in titulis, dicitur *ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν*, in inscriptione I 57 dictum est *θωὰν ἐπιβαλεῖν*. Cf. Hom. β 192 *θωὴν ἐπιθεῖναι*. Inde *ἀθῷος*, quod male scribi solet sine iota. Inscriptio Locrensis apud Cauerum pag. 115 *διπλῖ Ϝοι θόϊ' ἔςω*. Priscae dictionis vestigia in hac lege (I 57), qua senatus potestas circumscribebatur, recte agnovit Kirchhoff.

Futurum. Vid. infra sub litt. Φ.

Hiatus. De inconstantia in vitando hiatu per elisionem et crasin et N *ἐφελκυςικόν* in titulis vid. Wecklein p. 49 sqq. Elisionem constanter observatam videbis in sacramento senatorum Erythraeorum I 9 excepto *οὐδὲ ἑνί*, in quo hiatum ipsos poetas comicos admisisse notum est.

ἰατροί. II 352 *b* (sec. III p. pr.) *πάτριόν ἐςιν τοῖς ἰατροῖς ὅσοι δημοσιεύουσιν θύειν τῷ Ἀσκληπίῳ καὶ τῇ Ὑγιείᾳ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὑπέρ τε αὑτῶν καὶ τῶν σωμάτων ὧν ἕκαςοι ἰάσαντο*. Ib. 256 *b* Phidias medicus publice laudatur et coronatur *θαλλοῦ ςεφάνῳ* (304/3 a. C.), quod *ἐπιδέδωκεν ἑαυτὸν δημοσιεύειν δωρεάν* (gratis).

ἱερεωσύνη, *ἱερεώσυνα*, *ἱερεώσατο* II 631 et 632 (s. IV) 628. 613 (a. 298/7 a. C.). Cum his formis comparatur *ἱέρεως* pro *ἱερεύς* (inscr.), *ἀρχιέρεως* Herod. II 37. Koehler ad 613 laudat Keil. Sched. epigr. p. 54 sqq. Peculiaris usus est verbi *ἱερεοῦσθαι* II 613 *τὴν ἱερωσύνην* — *ἱερεώσατο*. Numquam enim a scriptoribus *ἱεροῦσθαι* sic usurpatur.

Iota adscriptum. Vid. Weckl. p. 45 sqq.

ἰκριῶσαι I 319. Ex scriptoribus verbo utitur Cassius Dio.

ἰκριωτῆρες, fundus stegae navis TN p. 507. 533.

Imperativus. Non egit Wecklein in curis Epigraphicis de sequioribus imperativorum formis, quare antiquiora eorum in titulis exempla hic afferre non gravabor: II 600 (301/0), 45 *ἀποδόσθωσαν*, sed ib. 43 est *καταβαλόντων*. 611

(300/299) ἀποτινέτωσαν. 403 (exeunte sec. III a. C.), 36 ἀναγραψάτωσαν et vs. 39 στησάτωσαν. 476 ἀφανιζέτωσαν, ἀναγκαζέτωσαν, συντηρείτωσαν, καταβαλλέσθωσαν, μεταπαραδιδότωσαν. Rarius his temporibus adparent formae antiquae velut ibid. vs. 46 κολαζόντων, 624 (II sec. a. C. med.) ἔστωσαν, sed εἰσπραττόντων. Exeunte igitur sec. IV et ineunte III increbescere coeperunt. Permira est forma ἐσέσθω(ν) in lege Dracontis e primo Solonis axone descripta in tit. I 61, 20 pro ὄντων, s. ἔστων, ubi sequitur αἱρείσθων. Notabiles sunt praeterea formae ἐξενεγκέτω I 37 (Ol. 88, 4), ἀνειπάτω II 614 (sec. III p. pr.).

Infinitivus futuri pro praesentis III 5 ἐπεὶ δὲ προσήκει τοῖς ἐφήβοις τὴν τοσαύτην ὁδοιπορῆσαι [ὁδόν, χορειῶν] καὶ θυσιῶν καὶ σπονδῶν καὶ παιάνων [τῶν κατὰ τὴν] ὁδὸν μεθέξειν. Suspecta scriptura. An forte in lapide est μεθέχειν, vulgari scribendi vitio pro μετέχειν? Cf. Wecklein p. 50 et quae supra scripsi de aspiratione.

ἱππηγός TN p. 429 et passim, nusquam ἱππαγωγός, quo fere utuntur scriptores antiquiores.

καθέσιμον (τὸ) II 444. 445, 10. 446, 2. Mercedem senatoriam (Sitzunggelder) recte interpretari videtur Koehler.

καθέσταμαι = καθέστηκα. II 471, 24 et 80. 476, 38, 47, 48, 61, qui tituli ultimum ante C. seculum excedere non videntur. Antiquiora exempla non repperi. Apud sequiores scriptores hac formae sunt satis frequentes.

καλαμαῖα, sollemnia quaedam mulierum II 573 B, ubi vid. Koehler.

καλῴδια p. 415 et constanter per iota.

καλυπτηρίζειν II 167, 71, tegulis tegere.

κατάβλημα p. 329 TN, alibi saepe. Cf. Boeckh. p. 160.

κατὰ θεόν, ex vera temporis ratione. Opponitur κατ' ἄρχοντα, secundum calendarium Atticum II 408, ubi vid. Koehler de turbata temporum ratione sec. II a. C.

Cf. 403. 420. 433. 472. Cf. Unger, in Herme 1879, p. 593—620.

κατ' ἰδίαν pro ἰδίᾳ usu novitio II 436 (paullo post a. 159 a. C.) κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν et III 9 (a 198 p. Chr.). Legitur apud Plutarchum, Diodorum, Lucianum. Cf. Machon ap. Ath. VIII p. 349 B.

καταπάλτης, καταπαλτάφέτης, καταπαλταφεσία constanter, ut postulat vocabulorum origo, scribuntur per A (cf. II 316, 27. 403. 471, 34 sq., 46, 65. TN, XI 140, 145, 150. XIII *m* 50 sqq.), nusquam per E, ut apud Polybium aliosque constanter fecerunt librarii.

κιόκρανον pro κιονόκρανον I 322.

κλήω, κλείω. Vid. Weckl. p. 66. Κλειδοῦχον est II add. 453 *b* (s. II p. prior.).

κληματίς II 482, 31 (inter a. 39 et 32 a. C.) nomen vulgare festi cuiusdam Bacchici interprete Koehlero, qui cft. Plut. de cup. div. 8 extr.

ΚΛΗΣ Nomina in κλῆς sec V et IV interdum, sed rarius, desinunt in κλέης. In eodem titulo I 45 (Ol. 89, 4) est Προκλέης et Προκλῆς. Plura Wecklein p. 22 sqq. et Riemann l. l. p. 506 sq.

ΚΛΗΣ — ΚΛΕΕΣ (nom. plur. in). Vid. infra sub σόος.

Coniugatio. Nonnulla huc pertinentia vid. ap. Weckl. p. 31 sqq.

κοραγωγός II 603 (sec. III a. C.), sacerdos aliquis aut sacerdotis minister, qui Herculis pompae interest.

κορυστός de mensura, fere = ἐπιχειλής II 467, 21—24 (sec. 1 a. C.).

κρατευταί, vox statuaria I 319.

κυμάτιον II 603 (sec. III a. C.), vocabulum architectonicum, notum e Vitruvio.

κύριος. Ἔδοξεν τῇ — φυλῇ — τῇ κυρίᾳ ἀγορᾷ κτέ. II 555 (376/5 a. C.). ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ κυρίᾳ ἔδοξεν in pagi decreto

II 585 (613/2). ἀγορὰ κυρία τῶν θιασωτῶν II 611 (300). Cf. 619. 721. 622. 624 (bis).

κωπᾶν. Τῶν ζυγῶν κεκώπηνται πέντε TN, p. 291. Remis instruere.

laudationes. In laudibus eorum, quibus honores decernuntur cumulari solent adverbia honorifica; ut II 559 καλῶς καὶ δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως, 624 καλῶς καὶ εὐσχημόνως καὶ εὐσεβῶς, 478 *d* ...νως καὶ φιλοτείμως καὶ μεγαλομερῶς, 554 εὖ καὶ προθύμως, 467, 84 καρτερῶς καὶ ἐπιμελῶς, 471, 14 καλῶς καὶ εὐσχημόνως, ib. 73 εὐτάκτως καὶ εὐσχημόνως, ib. 84 καλῶς καὶ δικαίως, 482, 63 φιλοδόξως καὶ μεγαλομερῶς, add. II 453 *c* καλῶς καὶ εὐσεβῶς, 453 *b* καλῶς καὶ ἐνδόξως, 611 ὀρθῶς καὶ δικαίως et καλῶς καὶ δικαίως, 622 καλῶς καὶ ἱεροπρεπῶς. Quorum exemplorum numerus augeri nullo negotio potest. Numquam additur vocula τέ.

λελαμμένον (?) κάλαμον II 167, 68.

λιβανωτίς II 404 (sec. II extr. a. C.) saepius, non λιβανωτρίς, quam formam iniuria probat Lobeck ad Phryn. p. 255.

litteratura Ionica et Attica. Ionicae litteraturae reperiuntur in titulis hic illic vestigia Euclide longe antiquiora, velut I 40 (Ol. 89, 1) et 43, 5 et 422, quae inscriptio bello Peloponnesiaco antiquior videtur Kirchhoffio. Contra satis diu post Euclidem veteris litteraturae Atticae vestigia reperies v. c. II 555 (376/5), 578 (non diu post a. 340 a. C.).

μασθός prava forma pro μαστός in imp. act. titulo III 238 *b* (add.).

μασχαλιαία (sc. πλίνθος) I 322, later angularis. Lapis angularis dici solet a scriptoribus γωνιαῖος vel κεφαλίτης (λίθος).

μεγαλοφυῆ, vitiosa Acc. terminatio pro — φυᾶ III 768 (aet. imp.). De forma meliore consulatur Wecklein p. 26.

μειγνύναι pro μιγνύναι? I 492 vs. 2 νείκεα συνμεί[ξας].

Kirchhoff. In lapide neglegenter scripto lectuque difficillimo esse traditur *συνμεισι*. De adi. verbali *συμμικτός* constat ex I p. 93 col. A, 1 sq. Sed vide *Μειξίας* sqq. supra p. 29. Formam *μίσγειν* recte scribi per vocalem probat nomen *Μίσγων* I 42.

μεράρχης II 580 (sec. IV extr.) pagorum aliquis dispensator, iudice Koehlero. Extremae aetatis scriptoribus sic appellatur praefectus militum 2048.

μερίζειν inde a sec. IV part. priore de pecunia publica eroganda a magistratibus usurpari coepit pro *παρέχειν* sive *διδόναι*, ut dici solet ante Euclidem. Cf. v. c. II 38 (qui tit. Ol. C. non recentior esse creditur). 591, II add. 115 *b* (sec. IV p. post.). 594. 595. 602 (sec. II). Sic *προσμερίζειν* II 628. Per aliquod tempus simul apparet usus antiquior, deinde vero *μερίζειν* solum eo sensu adhibetur. Cf. II 162. 181. 293. 300. 316. 325. 326. 327. 331. 334. 335. 370. 374. 380. 390. 394. 400. 411. 420. 423, cett. 575. 595. 602; alia. II Add. 477 *b*. Antiquissima exempla spectant solos apodectas, recentiora *τοὺς* (*τὸν*) *ἐπὶ τῇ διοικήσει* et *τὸν ταμίαν τῶν ϛρατιωτικῶν*.

μετακατασκευάζειν et *μετακατασκευή* II 404 (sec. II a. C. extr.).

μεταπαραδιδόναι II 476, 49.

μήρυμα TN p. 396, 400, 401 et passim, nunquam *μήρυγμα* nec *μήρυσμα*, quae iure damnat Lobeck paralip. p. 433.

μηχάνωμα TN, p. 499 et alibi.

ναῦλλον pro *ναῦλον* II 546, 13 (sec. IV a. C.). Recta scriptura est I 28.

νέον pro *νεωϛί*. In titulo II 121 (Ol. 110, 3 = 328/7) vs. 7 suppletum est *οἱ* [*ν*]*έ*[*ον*] *ἐ*[*λθόντ*]*ες*. E scriptoribus nostris hunc adverbialem usum *τοῦ νέον* soli poetae admiserunt, quare dubites num recte verba expleta sint, cum praesertim

additamentum satis otiosum videatur: *περὶ ὧν οἱ Ἀκαρνᾶνες λέγουσιν Φορμίων καὶ Καρφίνας οἱ νέον ἐλθόντες δεδόχθαι τῷ δήμῳ κτέ.*

νεῖον. TN *νεῖα καινά* et *νείων* (sc. *ξύλων*) *τόμοι.* p. 528.

νεώσοικοι TN p. 322. 414. 447. 529 et passim, numquam *νεῶν οἶκοι*, ut saepe dederunt librarii.

νικᾶν Ὀλυμπίασι sim. non soloecum esse pro *νικᾶν Ὀλύμπια* demonstrare videtur tit. I 419 (Ol. 85 vix antiquior iud. Kirchh.), ubi superest:

NIK

ΟΛ . . ΤΙΑΣΙ

deinde vero ex vulgari dicendi ratione sequitur: *Πύθια δίς, Ἴσθμια πεντάκις, Νέμεια τετράκις, Παναθήναια μεγάλα* . . . . Ita quoque I 420 est NIKAI *Ἰσθμοῖ, Νεμείᾳ*, licet dubium videri possit utrum *νικᾷ* interpretandum sit an *νῖκαι*. Illud tamen verius arbitror. Cf. ROSS, die demen van Att. n⁰ 111 *νικήσας Ὀλυμπίασιν ἵππων ξυνωρίδι*, cuius tamen tituli aetas dubia est. Tertius dicendi modus *νικᾶν Ὀλυμπιάδα* (Herod. IX 33 al.) stabilitur antiquo epigrammate recens eruto Olympiae (Vid. Arch. Zeit. 79 p. 145):

Ἑλλήνων ἦρχον τότ' Ὀλυμπίᾳ ἡνίκα μοι Ζεὺς
δῶκεν νικῆσαι πρῶτον Ὀλυμπιάδα
ἵπποις ἀθλοφόροις· τὸ δὲ δεύτερον αὖθις ἐφεξῆς
ἵπποις, υἱὸς δ' ἦν Τρωΐλος Ἀλκινόου.

Prima victoria est Olymp. CII.

ξυμβάλλεσθαι. De probuleumate communicando cum populo constans in decretis Atticis formula est *γνώμην ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον.*

ξύν pro *σύν* constanter usurpatur usque ad Ol. 92, 3, a quo inde tempore coepit obsolescere, ita ut inde ab Ol. 90, 2, non nisi rarissime appareat, uno excepto verbo *ξυμβάλλεσθαι* in tradita formula *ξυμβάλλεσθαι γνώμην.* Cf. Weckl. p. 57.

ὀβελείας ἐξ TN p. 540. Cf. Boeckh p. 106.

ὅδε sine articulo, ut aliquoties ap. Thuc. et Aristoph. (ne tragicos commemorem). TN XI *i*, 45.

οἰκοδομημένοι sine augmento II 167 (Ol. 111, 3—113, 3).

οἰκτίρας I 463. Vid. Kirckhoff in Actt. menstr. Ac. Berol. 1872 p. 237 sqq. IV add. 477 C οἴκτιρ'. Imperat. Cf. supra p. 7.

οἶς, vox rara in Attica dialecto, legitur I 28 ἵπ[ποις] ἢ ὄνοις ἢ οἰσ[ί. Cf. I 534.

ὀλείζων. Memoria perdignus est hic vetus comparativus adi. ὀλίγος pro ἐλάσσων, qui bis legitur I 1 *b* et I 9 (ὀλείζοσι et ὄλειζον) Apud Hom. XVIII 519 pro ὑπολίζονες vide ne potius scribendum sit ὑπολείζονες. Alexandrini demum poetae formam antiquam dudum obsoletam resuscitarunt, sed mutata ex serioris aevi consuetudine diphthongo in vocalem.

ὀκτωδάκτυλος, similia constanter, non ὀκταδάκτυλος, v. c. TN XIV e. 104, 185. C. I. A. I 321, 28. 322.

ὀλίον barbarismus pro ὀλίγον II 594 (a. 127 a. C.), 8. Non enim esse scalpri lapsum, ut visum est Koehlero tacite corrigenti ὀλίγον, sed lapicidae, aut eius qui huic exemplar dederat, rusticitati tribuendum esse hunc errorem, fidem faciet Eupolidis locus ap. Herodian. περὶ λέξ. μον. p. 20, 1:

> Ὁ δ' οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῖραι φίλαι,
> ἀλλ' ὁπότε μὲν χρείη διῃτώμην λέγειν,
> ἔφασκε δητώμην, ὁπότε δ' εἰπεῖν δέοι
> ὀλίγον, ὀλίον ἔλεγεν.

ubi pro δὴ τῷ μὴν (sic enim libri) non debuerat me iudice Meinekius ἐδιῃτώμην conicere, quo sine causa mitigatur Hyperboli lapsus. Ipse M. in Hist. Crit. Com. p. 192 iam attulit Aelium Dionysium ap. Eustath. p. 1160, 16: ὀλίγον: τὸ δὲ ὀλίον ἢ βαρβαρὸν ἢ Ἰακόν, et Photii lex. ὀλίγωρος: σὺν τῷ γ̄.

ὁλκοί τοξευμάτων TN p. 578.

ὁρισταί II 573 *b*, ibique Koehler.

οἰκουμενικοὶ ἀγῶνες III 129 (a. 248 p. C.) recensentur numero XLII.

ὄνυξ. Ἐπὶ τὸν ὄνυχα ἁρμόσαντα I 282. Cf. lexica.

ὀσπρεύειν II 600 (300/299) agrum conserere leguminibus (ὀσπρίοις).

ὅστις. Genetivus et dativus in masc. et neutr. genere constanter contrahuntur ὅτῳ et ὅτου, velut I, 36. IV add. 61 *a*, 5 sq, II 17, 42. 39. 162. 167. 455. 467, 103. 570, 15, 23. 578, 30. 605, 18. 624, 14. II add. 162. in fem. genere non contrahuntur, velut II 14. 54, 12 ἥτινι, ἥστινος.

οὐδείς, μηδείς. De formis οὐθείς, μηθείς iam antiquis satis habeo lectorem ablegare ad Weckl. p. 30 sq., qui non neglexit monere iam Nausinico archonte (378/7) μηθενί bis scriptum esse in tit. II 17 (= Rangab. II 381) vs. 37 et 41. Inter scriptores primus, ni fallor, adhibuit Aristoteles. Idem Wecklein consulatur de οὐδέ et μηδε εἷς. Unum tamen addere iuvat idque valde memorabile; siquidem unicum ni fallor exemplum est hodie formae ἀμοῦ separatim positae in sermone Attico. Videlicet in tit. II 11, exarato inter Ol. 96, 3 et 98, 2, legitur μηδὲ ἀμοῦ pro μηδαμοῦ. Praeterea notatu dignum videtur in antiquioribus certe titulis paene constanter (si non prorsus constanter, quam in rem diligentius inquirere nunc non vacat) scribi: οὐδὲ πρὸς ἕνα, μηδὲ πρὸς ἕνα, οὐδὲ ὑφ' ἑνός, μηδὲ ὑφ' ἑνός pro πρὸς οὐδένα (μηδένα), ὑπ' οὐδένος (μηδενός), simil.

παλαστή, τριπάλαστος. Has formas unice Atticas esse pro παλαιστή, τριπάλαιστος cett. contendunt Atticistae, quorum doctrinam confirmant tituli I 321. II 167.

παλίλλυτος (ἧλος). Clavis denuo extractus. TN p. 408. — De πανδημεί consule ADDENDA.

παραβώμια (sc. ἱερά) II 600.

παραιετίδες ἡγεμόνες λεοντοκέφαλοι TN p. 406 sq., ibique Boeckh.

παρακαθιζάνειν II 467, 85 transitive, 470, 22 intransitive cum pravo augmento παρεκαθίζανον (sec. I a. C.).

παράςαται stipites pares stantes, quibus arbor (navis) continetur TN p. 365 et passim. Cf. B. p. 126.

παράρρυμα TN p. 329 et passim.

παρεπιδημία. II 427.

πατρικὴν εὔνοιαν II 471, 86. 482, 23, alibi.

πατρώιος correpta antepaenultima legitur in vetustissimo epigrammate I 477:

> Τῆδε φίλην ἄλοχον . . κατέθηκε θανοῦσαν
> Λαμπιτὼ αἰδοίην γῆς ἀπὸ πατρωίης.

Quod tamen non tuetur librorum scripturam πατρῷος (Dind. πάτριος) Eur. Med. 431. Bacch. 1368.

Πειραῖα festi nomen II 481, 56.

πελεκήτης IV 297 *b* (Ol. 85).

πέντε in compositione servatur, non mutatur in πεντα. Vid. v. c. I 322, ubi est πεντέπους, πεντεπάλαςα. Cf. supra ὀκτώ.

πεντώρυγος pro πεντόργυιος TN p. 412 et alibi. Boeckh. recte hanc similesque formas ab editoribus oblitteratas revocandas monuit in Xenophonte de Venat. II 6.

περικολλᾶν I 324.

Perfecti et Plqpft. formae in $\overline{\alpha\tau\alpha\iota}$ et $\overline{\alpha\tau o}$. Praeter ἐτετάχατο et γεγράφαται I 40 (Ol. 88, 1), citatas a Weckl. p. 33, legitur ἀναγεγράφαται IV 38 *a*.

πλεῖον pro πλέον II 595 (a. 127). Vid. Weckl. p. 27.

πληροσία II 578 et add. 573 *b*. Pro προηροσία vulgari usu sic dictum esse sunt qui suspicentur.

πλινθοβολεῖν II 167, e lateribus construere.

Πνύξ, Πυκνός. Vid. Wecklein p. 25.

πόλις. Sic Athenienses vulgo appellasse suam arcem prae-

ter notum Thucydidis testimonium docent plurimi scriptorum loci, ubi legitur ἐν πόλει, ἐς πόλιν, ἐκ πόλεως. Constanter sic tituli Euclide antiquiores, e quibus vix aptius poterit afferri exemplum quam tit. I 11 recte sic suppleti a Kirchhoffio: καὶ καταθεῖναι Ἀθήνησι μὲν ἐμπόλει, Ἐρυθρᾶσι δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει. Minime refragatur tit. I 32 B κατὰ τὰ ἐψηφισμένα ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν. Antiquissimum exemplum mihi cognitum, ubi ἐν ἀκροπόλει appareat pro ἐν πόλει, est II 17 *b*, (a. 378/7 a. C.). Cf. II 555 (367/5). 586 (sec. IV part. ult.) 612 (a. 299/8), et sic deinde fere constanter. Rarius additur articulus.

πρεσβευταί pro πρέσβεις (quod constanter habent tit. antiquiores et bonae aetatis scriptores) primum me advertit in tit. II 386 (c. a. 200 a. C.), deinde 593 (post finem belli Maced. III) tum 551, 70 (s. II part. post.), saepe vero postea. Dualis τὼ πρέσβη exemplum est II 18 (Ol. 100, 3).

πρινῶν I 274.

προεπιμέλεσθαι I 35.

προεμβόλιον TN p. 335. Vid. B. p. 101.

Προμήθια, non Προμήθεια, ut edi solet apud scriptores, Promethei festus II 554 (403/2 a. C.) et Ἀνάκια, Geminorum festus, II 570, non memorantur in lexicis, nec magis Ἀττίδεια (ἀμφότερα τὰ) II 622 (s. II p. pr.), Attidis sacella?

προνοηθῆναι II 467, 78. 469, 55. 470, 41 et constanter, numquam προνοήσασθαι. Aristophani Eq. 419:

ὦ δεξιώτατιν κρέας, σοφῶς γε προυνοήσω

restitutam oportuit Mehleri correctionem προυνοήθης. Altera forma est tragicorum.

προσάγειν εἰς τὸν δῆμον II 97, 52 C add., quod est rarissimum. Sexcenties contra dicitur προσάγειν, προσιέναι, πρόσοδος πρὸς τὸν δῆμον, πρὸς τὴν βουλήν. Cf. II 91. 115. 186. 190. 206. 209. 233. add. II 17 *b*, 8 sq. 209. 233. 254. IV 27 *a*, p. 10 sq. IV 51 cett. Cf. supra sub εὔνοια. Numquam

hoc sensu in titulis apparet προάγειν, προιέναι, ut saepe corrupte legitur apud scriptores.

προσνομοθετῆσαι II 115 *b*, 14 (sec. IV a. C. med.).

πρυτανικὸν (τὸ) = τὸ πρυτανεῖον II 390. 392. 394. 417. 425, quarum inscriptionum nulla est sec. III exeunte a. C. antiquior.

P littera in antiquioribus titulis pro lubitu in vocabulis compositis aut semel ponitur aut duplicatur v. c. in ἀπορραντήριον, quod sic scriptum videbis I p. 70 *a* 3, *b* 3, *c* 3 B *a* 3, sed ἀποραντήριον ib. B *b* 3, *c* 3 et p. 71 B *b* 6, 3. *c* 6, 3. Similiter I 322 modo ἀρράβδωτος scribitur, modo ἀράβδωτος. Eandem inconstantiam observabis in παραρύματα sive παραρρύματα in tab. navalibus IV. V. IX. X, et in aliis. Grammaticorum igitur praecepto debetur, quod hodie apud scriptores pedestres P constanter duplicatur, licet libri manuscripti interdum varient.

Σ euphonicum quod dicitur in formis paullo recentioribus ἔζωσμαι, σέσωσμαι sim. Cf. Weckl. p. 60 sqq.

Σ litterae male duplicatae exempla quaedam affert Wecklein, quibus adde I 9, 20 ἄρισστα. 398 Αἰσσχύλου. 441 Τελέσστας. II add. 25 *c*, 32 Λέσσβον. II 272 εἰσστὴν III 578 Ἱπποσσθενίδος et add. 184 *a* Ἀσσκληπίῳ. — Similiter interdum Σ ponitur ante Z: II 325 (ante Ol. 128), 5 ἐπεψήφισζεν. 352, 8 συναγωνισζόμενος. III 73 et 74 (sec. II extr. aut III init. p. C.) καθαρισζέστω, καθισζέσθαι, θυσιάσζειν, sed duo ultima monumenta sunt ἐσχατοβάρβαρα, et omnino has scribendi rationes numquam cultiorum hominum fuisse satis constat. Exempla litterae Z male duplicatae vid. supra sub Κλαζζομένιοι. Z est pro Σ in ψήφιζμα II 468, 16.

σαλπικτής, σαλπιστής. II 444, 44. 445, 18. 446, 40 (qui tituli ad sec. II a. C. pertinere putantur) exhibent σαλπικτάς. Bis σαλπικτής legitur III 1284 (37/8 p. C.), bis III 1288, praeterea III 1284 et 1285. Forma σαλπιστής est III

1284 et 1285. Tertiae quae in codd. nostris reperiri solet σαλπιγκτής in titulis Atticis nec vola est nec vestigium.

σήκωμα II 476, 8, 41 πρὸς κατεσκευασμένα σύμβολα σηκώματα ποιησάμενοι. — διδόντες σηκώματα τῶν τε μέτρων καὶ τῶν σταθμῶν ταῖς τε ἀρχαῖς κτέ. Vid. BOECKH, Metrolog. p. 12.

σιτωνικὸν (τὸ) TN p. 439 et passim, etiam in plur. num.

σκήψασθαι κατὰ χειμῶνα TN, XIV D 120, p. 533.

σκίρα = σκιροφόρια II 573 *b*. III 57: τῇ δωδεκάτῃ *τῶν σκίρων*, i. e. τοῦ μηνός, ᾗ τὰ Σκίρα ἄγεται, interprete Dittenbergero. Cf. Arist. Eccl. 18, alibi.

σκόρδων pro σκορόδων III 73 et 74 tit. recentissimi et scatentes barbarismis.

σκορπίος TN p. 499. Cf. Boeckh p. 110.

σκυτοῦν. τόξα *ἐσκυτωμένα* TN p. 411.

σμικρός. Vid. Weckl. p. 54 sqq.

συβήνη. In magistratuum tabulis I p. 74 col. B. 19, 40. p. 75, col. A 18, 40. B 11, 40 legitur *συβήνη* ἡ παρὰ Μηθυμναίων ἐπεφαντίνη κατάχρυσος. Sic quoque, non συβίνη, codd. Thesm. 1215 et 1197, ubi vid. Blaydes in edit. a. 1880.

σύγκλητος. Athenis e scriptoribus noveramus σύγκλητον ἐκκλησίαν, sed *βουλὴ σύγκλητος* commemoratur II 439, ubi vs. 4 legitur βουλὴ ἐμβουλευτηρίῳ σύνκλητος (extra ordinem) ϛρατηγῶν παραγγειλάντων καὶ ἀπὸ βουλῆς ἐκκλησία [κυρία] ἐν θεάτρῳ. Inscriptio incertae aetatis, sed altero a. C. seculo non antiquior, ut apparet e mentione de tribu Ptolemaïde in decreti praescripto.

Syncope. Vide sub αἴτωμα et σκόρδων et τέτραχμον.

συγχαρήσονται II 593 (sec. II a. C.), 18 novitio usu pro συγχαιρήσουσιν. Cf. Moeris p. 403 ibique Piersonus. Scriptorum primus usurpavit Polybius XXX 16: ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἦλθε καὶ Προυσίας ὁ βασιλεὺς συγχαρησόμενος τῇ συγκλήτῳ.

σφραγιςῷ μέτρῳ et προεσφραγισμένοις μέτροις II 476, 67. Intelligendae mensurae sigillo publico signatae et exactae ad normas publice constitutas (σύμβολα). Cf. 17 ὅπως μηθεὶς — ἀσυμβλήτῳ μέτρῳ μηδὲ σταθμῷ χρῆται, ἀλλὰ δικαίοις. Vid. σήκωμα.

σωλήν TN p. 499: σκορπίων et καταπαλτῶν σωλῆνες. Cf. Boeckh p. 110.

σῶς, σόος. Quod in antiquissimo titulo Attico I 36 (Ol. 80) legitur ΣΟΟΝ, iniuria mihi videntur viri docti scriptura minuscula interpretari σῶον, quod bona aetate Athenienses non dixisse assentior Cobeto. Interpretandum videtur σόον, scriptum pro σῶν, quod legitur I 68. II 570, 14 (aet. Eucl.) prorsus eodem modo quo interdum in nom. plur. nominum in εύς desinentium scribebatur έες pro ῆς (εῖς), v. c. Χαλκιδέες IV 27 a. 57. II 609, 7 (324/3 a. C.) Εἰκαδέες, alia. Perversa forma est Ἀγρυλεῆς (sic), quae I 338 legitur iuxta Κηφισιῆς, Περγασῆς, Εὐωνυμῆς, Ἀγρυλῆς.

ταραντιναρχεῖν II 446, 57 (c. 153 a. C.). Cf. lexica.

τάρπη, TN p. 410.

τεῖσαι, ἀποτεῖσαι, cett. constanter scribitur in antiquioribus titulis non tantum sec. V^{to}, sed etiam IV^{to} (v. c. II 634) et III^{tio}, ut II 617, quae inscriptio facta est a 249 a. C. Sequenti seculo tribuitur II 605, in quo iam est ἀποτίσασθαι, quae scribendi ratio deinde plerumque reperitur et propagata est ad aetatem nostram. Vid. cap. II sub Τεισαμενός.

τεταγμένος. Εἶναι ἐν τῷ τεταγμένῳ ποιοῦντά τι = τετάχθαι τι ποιεῖν, Koehlero interprete in tit. a. 361/0 a. C. Mitth. d. D. Arch. Inst. II 3 p. 208, vs. 45—48, cl. Xen. Cyr. VI 2, 37.

τέτραχμον pro τετράδραχμον II 403, 54 (sec. III). Cf. Hermes 1874, p. 350 sqq.

τετρηριτικοῦ TN, XIV C, 210.

TT, non ΣΣ, in *τέτταρες, τετταράκοντα, πλάττω, τάττω, πράττω, φυλάττω, θάλαττα,* simil. Duplex *σσ*, qnod proprium est tragicis, nusquam legitur in titulis, et fortasse etiam Thucydidi abiudicandum. Cod. Vat. constanter habet *ττ*. Vid. Classen. Praef. ad. libr. VIII p. XXV. Cf. Weckl. p. 66 sq.

τίς. Raro apparent casuum obliquorum formae non contractae. Notavi I 38 (Ol. 89) II 383 (inc. aet.) *ἀγαθοῦ τινος*. 630 (58/7 a. C.) *τινί*. Vid. *ὅστις*.

tituli apud scriptores servati: I 406 schol. ad Aves Ar. vs. 1128; 403 Anthol. Pal. XIII 13 381; Anthol. VI 138: 334 Herod. V 77; IV 46 *b* Thuc. V 47; II 240. Cf. Statoclis decretum in Vitt. X oratorum p. 825 (Plut. Mor.). III 171, 8 sqq. Ariphronis Sicyonii paean ap. Athen. XV p. 702 A. Titulus 301 in Archaeol. Zeit. a. 1879 est Anthol. Pal. XIII 16.

τράφηξ = *τὸ τῆς νεὼς χεῖλος*, teste Hesychio, TN p. 286. Cf. Boeckh. p. 108.

τριακόντερος semel, si recte traditum, TN p. 415 legitur exaratum per E, ut apud Herodotum est *τριηκόντερος*. Alibi constanter in his tabulis scribitur per O, ut fit apud scriptores Atticos. Ibidem p. 393 et 542 in gen. plur. legitur *τριακοντορίων* pro *τριακοντόρων*. Cf. Boekh. p. 74.

τριήραρχος, quod in TN passim occurrit, numquam scribitur *τριηράρχης*; quo confirmatur sententia hanc formam esse repudiandam.

τριηριτικός TN, p. 455 et passim, (cf. *τετρηριτικός*), nusquam *τριηρετικός* per E. Cf. Boeckh. p. 160.

τριηροποιικά (sc. *χρήματα*) TN, p. 500 et passim.

τριττόα βόαρχος = *τριττύα*, s. *τριττὺς βούπρωρος*, sacrificium hostiarum trium, quarum agmen bos ducebat I 5. Cf. I 534.

τρίχαπτα (cf. lex.) inter donaria recensentur a sacerdote Minervae Poliadis dedicata huic deae II 374 (s. III).

triumvir in inscriptionibus graecis significari solet genetivo partitivo *τριῶν ἀνδρῶν*. Sic IIIvir A. A. A. F. F. appellatur III 612: *τριῶν ἀνδρῶν κατασκευῆς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ* et III 626 *τριῶν ἀνδρῶν χαλκοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ συγχωνεύσεως καὶ χαράξεως*.

τρόφιας βοῦς II 467, 16. Perverso accentu editur *τροφίας*.

τροχιλεία pro *τροχιλία* I 324 p. 174 col. A. (Ol. 93, 1). Fortasse reddenda est haec forma Aristophani Lys. 722.

ὑγιής II 61 (Ol. 105 aut 106, 3/4) supellex fracta vel corrupta et *ἐπισκευῆς δεομένη* saepe vocatur *οὐχ ὑγιής*. De formis *ὑγιᾶ* et *ὑγιῆ* vid. Wecklein p. 26.

ὑλασία et *ὑλάζεσθαι* II 573 *b* (sec IV a. C.): *περὶ δὲ τῆς ὑλασίας τῶν ἱερῶν, εἰάν τις ὑλάζηται, κυρίους εἶναι τοὺς ἀρχαίους νόμους οἳ κεῖνται περὶ τούτων*.

ὑπαλοιφή TN p. 408, ubi vid. Boeckh.

ὑπερτόναια, trabes, quae tenduntur super fenestras II 167.

ὑπέρ novitio usu adhibitum pro *περί* in formula *ὑπὲρ ὧν ἀπαγγέλλουσιν οἱ πρυτάνεις ὑπὲρ τῶν θυσιῶν ὧν ἔθυον τὰ πρὸ τῶν ἐκκλησιῶν — ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῷ δήμῳ κτέ.* et similibus. Vid. II 390. 403 (sec III a. C. exeunte). 408 (sec. II init.). 417. 431. 459. 470, 66, 75. 478 cett. Seculo III medio eodem sensu adhuc ponebatur *περί*. Vid. II nov. add. 373 *b*, 33. II 307. 315 et 456, in Iulietarum decreto, quod tribuitur seculo quarto a. C.

ὑπόβλημα, TN p. 329 et passim. Cf. Boeckh. p. 160.

ὑποδιδάσκαλος τραγικός saepe II 551.

ὑπόζωμα TN, p. 455 et alibi. Cf. B. p. 133.

ὑποτρυπᾶν II 167, 77.

ὑποφορεῖν II 167, 93.

φαλλαγωγία II 320: *τῆς φαλλαγ[ωγίας]*.

φάρξαι, non *φράξαι* I 319. Vid. Wecklein pag. 43, qui dubito num recte impugnet Dindorfii doctrinam, quam etiam in Thucydidis editione mea secutus sum. II 470, 19 (sec. 1 a. C.) est *ἀφράκτων* (*πλοίων*).

φέρειν. Notandae sunt formae plebeiae *συνενθίγκῃ* et *εἰσήνθιγκαν* II add. 57 *b* (362/1). Cf. Tab. Nav. I *a* (Ol. 101, 4), ubi saepius legitur *ἐπανενήνθιγκται*.

φιαληφόροι II 624. Sacerdotes sic dictos Locrensibus fuisse noveramus e Polybio XII 5, 9. Fuisse etiam Atheniensibus hoc titulo constat.

φθοῖδε et *φθοῖδες χρυσίου Σκαπτησυλικοῦ* IV p. 34 (ante Euclidem). Cf. Hesychius.

φιδάκνιον TN, p. 408 sq. Cf. Lob. Phrynich. p. 113.

φιλαγαθεῖν II 471, 89.

φιλελήμονα pro *φιλελεήμονα* in titulo metrico aetatis imperatoriae III 171 *a*, 20 (add.).

ΦΥΗΣ terminatio. Vid. *μεγαλοφυῆ*.

ἐκ τῶν φυλοβασιλικῶν, sc. *χρημάτων*. Bulletin de corr. Hell. III p. 69. Sermo est de pecuniis erogatis in sacrificia. Cf. Droysen in Herme p. 587 sq.

Futurum. In tit. II 167 (Ol. 111, 3 — 113, 3), 62 notanda est vitiosa forma futuri in his: *οὐ μὴ κατεςέγαςαι ςεγάσει δοκίσιν καὶ ἐπιβλῆσιν τιθεὶς ἐνάλλαξ ἢ ςρωτῆρσιν περιεγκεντρίσει* pro *περιεγκεντριεῖ*, quam illa quidem aetate nondum expectes, idque eo minus quod vs. 71 est *καλυπτηριεῖ* et vs. 110 *μεριεῖται*. Vide autem quid de misera lapidis conditione dicat Koehler. Primum certum huius vitii exemplum reperio in tit. II 593, qui ad alterum ante aeram nostram seculum pertinere putatur, ubi legitur *παρακαλέσουσιν*. — Eodem seculo exeunte exaratus esse creditur titulus II 404, in quo vs. 14 est futurum Atticum scriptoribus nostris incog-

nitum *μετακατασκευῶσιν* pro *μετακατασκευάσουσιν*. Legitur enim ἑλέσθαι τρεῖς ἄνδρας, — οἵτινες — μετακατασκευῶσιν τῷ θεῷ κανοῦν κτέ. Sic II 405 (medio sec. II a. C.) est *κατασκευῶσιν* et II 595, 18 (sec. II a. C.) *κατασκευῶντες*, sed II 404, 32 *σκευάσοντες*, et II 167, 46 (Ol. III 3—113, 3) *ἐπισκευάσει*. — Futuri passivi τιμηθήσομαι, pro quo antiquiores scriptores Attici uti solent forma media τιμήσομαι, exemplum legitur II 613 (a. 298/7 a. C.) [τι]μηθήσονται. Formam passivam habent codd. Thucydidei IV 80.

Φρατέρες. *Φατρία*, *Φαιδυντής* Kirchhoffius I 61, 23 supplevit: ἐσέσθ[ω]ν δέ[κα οἱ *Φρατόρες* ἐὰν ἐθέλωσιν. Τούτους δ]ὲ [οἱ πεν]τ[ήκον]τ[α καὶ] εἷς ἀρ[ι]σ[τίνδην αἱρείσθων κτέ. et vs. 23 [κ]αὶ Φ[ρα]τ[ο]ρες. Sed frustra hanc formam, in libris nostris propagatam (unde qui quaeso formari potuit Φρατρία?), in inscriptionibus Atticis quaesiveris. Nam II 588 est [Φρατ]έρσι et II 599 [Φρατ]έρες, ut certa coniectura utrobique suppletum est. Ad posteriorem titulum Koehlerus adnotat „Vs. 1 „non dubitari posse videtur quin in lapide scriptum sit *Φατριῶν*, ut hanc nominis formam non iam liceat in dubium „vocare." Quod ut ita sit (legitur v. c. in titulo Chio exarato post Alex. m. vs. 28 III 3 Mitth. d. D. Arch. Inst.), culti tamen sermonis hanc formam fuisse haud facile credam haud magis quam *Φαιδυντής* quod pro *Φαιδρυντής* in posterioris aevi titulis (in antiquioribus neutrum reperiri videtur) legi solet. Vid. Wecklein p. 45.

χαλινός TN p. 314 et passim. Vid. Boeckh. p. 157 sq.

χρειάζειν? II 167, 74 τὰ ἔξω [χ]ρειαζόμενα τοῦ τείχους.

χρύσεος pro χρυσοῦς. Vid. Wecklein p. 27.

χυτρόγαυλος TN p. 450.

ὡσαύτως δέ saepius inscriptiones, velut II 332, 21, nusquam *ὡς δὲ αὔτως*, quod interdum legitur apud scriptores.

ὡς ὅτι pro ὅτι cum superlativo II 482, 48 (41—30 a.

C.) παραστήσαντες ὦ]; ὅτι κάλλιστα θύματα, et alibi, nisi fallit memoria.

ὠφελία I 85, 3 τὰ ἐν ὠφελίᾳ. Hanc igitur formam ut a pedestri oratione alienam, Thucydidi abiudicare non debueram in editione mea. Usurpabantur olim duae formae ὠφέλεια et ὠφελία (Cf. Ionicum ὠφελίη), quarum prior sensim alteram ex usu communi loquendi exturbasse videtur.

ὠφελεῖν c. Dat. Vid. Wecklein p. 41.

CAPUT QUARTUM.

Syntactica.

§ 1. DE CONIUNCTIONIBUS FINALIBUS.

Ἵνα finale (pro ubi fere usurpari solet οὗ vel ὅπου) in inscriptionibus ante tempora Macedonica perrarum est. Bis legitur in antiquissimo decreto facto Ol. 88, 4 de tributis sociorum ordinandis I 37 fragm. f — m vs. 30 ἵνα μὴ et 35 ἵνα εἰ....

Etsi numquam fuit usitatissimum, legitur tamen satis frequenter seculis tertio, secundo et primo ante Christum II 310 (sec. III part. prior.) ἐφιλοτιμήθησαν ἵν' ὡς κάλλιςα.... ῥήσηται. ἵνα οὖν καὶ ὁ δῆμος φανερὸς ᾖ χάριν ἀξίαν ἀποδιδοὺς πᾶσιν ὅσοι φιλοτιμοῦνται εἰς τοὺς Ἀθηναίους, ἀγαθεῖ τύχει δεδόχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι Αἴσχρωνα κτέ. Adde II 398. 404 (exeunte sec. II). 438. 455, 15. 469, 63. 470, 43. 471, 88. 478, 10, *d* 16. 479, 32. 480, 33. 481, 59 sq. 482, 58. 488 et ex addendis 438 *b* (s. II). II 592 (circa 220). 593 (s. II). 623. 630 (sec. I med.). Ad aetatem imperatoriam pertinent III 5. 6. 25. 38. 48. Semper cum coniunctivo, numquam cum optativo iunctum reperies.

Semel (III 48, 25 sq.) editur: ἵνα δὲ τῶν τοιουτοτρόπων διοχλήσεων οἱ τίτλοι ἐκ ῥιζῶν ἐκκοπέντες ἀεὶ ἂν καταχοιμισθῶσιν. Verum inaudita ista stribligo debetur infelicissimae coniecturae docti ceteroquin et acuti editoris Dittenbergeri. Rectissime enim, si quid video, pro AEIAN titulus exhibet ΛΕΙΑΝ, id est λίαν, quod hic valet πάνυ, παντάπασιν, prorsus, funditus.

Etiam longe longeque rarius quam ἵνα in inscriptionibus Atticis est ὡς finale. Et nudum quidem ὡς legitur, quod sciam, nusqam, ὡς ἄν paucissimis quibusdam locis imperatoriae aetatis. Nam quod IV 49 (cf. I p. 45) Kirchhoffius edidit ....] ὡς ἂν μὴ ἀδικῆται τούτων μηδεὶς κτέ., ibi procul dubio supplere debuerat ὅπ]ως ἂν μὴ κτλ. In antiquioribus enim titulis ὡς ἄν semper est comparativum velut I 9, 20 βουλεύσω ὡς ἂν ἐμοὶ ἄριστα εἶναι δοκῇ πάντα et mox ὡς ἂν δύνωμαι ἄριστα. Sed ne imperatorum quidem, quod dixi, aetate ὡς ἂν finale saepe apparet. Ter quaterve usurpatum repperi III 9, 12 (qui titulus Hadriano non potest esse antequior) δεδόχθαι — προστάξαι — ἄγειν — ὡς ἂν — ὑπάρχο[ι] et ibidem 27 ὡς ἂν — ἄγοιτο, tum III 6 in certo Dittenbergeri supplemento ὡς ἂν — ὑπάρχοι, tandem III 48, 31. 34 (ineunte sec. IV p. C.) ὡ[ς] ἂν μὴ — μ[ε]ταδόξῃ. In lapide esse traditur M///TAΔC////, unde potius ad reliquorum locorum exemplum restituerim μεταδόξαι. Ergo, quantum novimus, stilus lapidarius non ante Hadrianum admisit ὡς ἄν finale, idque ipsum non nisi iunctum cum optativo, neque umquam nudum ὡς adhibuit.

Contra numquam non lapidario stilo proprius fuit usus coniunctionis finalis ὅπως. Videamus de singulis.

A. nudum ὅπως.

a. iunctum cum Futuri indicativo.

Reperitur rarissime: I 32 (circa Ol. 90) B, 8 sqq. — —

— μετὰ τῶν ἐπιςατῶν, ὅπως ἄριστ[ά τε καὶ κάλλιςα κοσμηθ]ήσεται ἡ ἀκρόπολις καὶ ἐπισκευασθή[σεται τὰ πομπεῖα]. II 86 (Ol. 101—104) ἐπεμελήθη ὅπως ὡς κάλλιςα πορευθήσονται οἱ πρέσβεις. Nec displicent mihi Kirchhoffi supplementa I 38 fragm. f. 10 sqq.: ἐὰν δέ τις κακοτεχνῆ[ι, ὅπως μὴ κύριον ἔςα]ι τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ φόρου [ἢ ὅπως μὴ ἀπαχθήσε]ται ὁ φόρος Ἀθήναζε.

b. iunctum cum coniunctivo.

Semel reperio IV 51 (Ol. 92, 3) fragm. ef. 10 [ὅπω]ς ἀποδοθῆ, quod tamen supplementum quam incertum esset ipsum editorem non latuit, nec dubito quin I 82, 6 ΚΑΙΗΟΠΟΣΟΙ significet καὶ ὁπόσοι, non καὶ ὅπως οἱ, de qua optione ambigit editor. Certa enim huius usus exempla in inscriptionibus Atticis sunt longe recentiora. II 115 extr. (c. 343, 2) ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς ςρατηγούς — ὅπως Ἀρύββας καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ [κομί]σωνται τὴν ἀρχὴν τὴν [πατρ]ῴαν, ex quo loco simul manifesto apparet vanam esse quorundam opinionem (in qua et ego aliquando versabar) ὅπως non admittere coniunctivum Aoristi primi activi et medii. II 331 (sec. III part. prior.) 54 ἐπεμελήθη τῶν θυσιῶν ὅπως συντελε[σθῶσ]ι πᾶσαι — καὶ οἱ ἄγωνες — [γένω]νται. 442, 6 ὅπως οὖν καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος φαίνωνται τιμῶντες κτέ. Adde 357. 444, 22. (200—189 a. C.). 454, 20. 464, 6. 465, 10, 45. 467, 42. 468, 26. 469, 30, 78. 470, 55. 471, 37. 476, 34, 37. 481, 27. 551, 78. 552 fr. *a.* 594 (a. 127 a. C.), 624 (sec II med. a. C.). 628 (s. III extr. a. C.). Exempla igitur huius usus sec. III et II sunt satis frequentia et longe frequentiora quam additae particulae ἄν, quam hac aetate reperies II 467, 42 et 470, 22.

c. iunctum cum optativo.

Semel tantum repperi idque imperatoria aetate III 5, 19: μέλειν δὲ τούτου τῷ — κοσμητῇ, ὅπως μηδέποτε τοῦτο ἐκλε[ιφ-

θείη μη]δὲ ὀλιγωρηθείη ποτὲ τὰ τῆς εὐσεβείας κτέ. et quidem in decreto, ita ut syntaxis potius coniunctivum requirat.

B. ὅπως cum particula ἄν.

a. sequente coniunctivo.

Ab antiquissimis inde temporibus frequentissime usurpatum reperitur IV 27 *a* (Ol. 83, 4), 19 ὅπως δ' ἂν ὀμόσωσιν ἅπαντες, ἐπιμελόσθων οἱ ϛρατηγοί, ibidem 67 ὅπως δ' ἂν τάχιϛα τυθῇ οἱ ϛρατηγοὶ συνεπιμελόσθων. IV 22 *a* (Ol. 83, 2 non recentior tit.), 22 *e*. I 36, 7 προεπιμέλεσθαι — ὅπως ἂν σόον (sic non σῶον lege) ᾖ 'Αθήναζε ἐλθεῖν. I 37. 38 fragm. f. et g. extr. 51. 59. 64, 17. 68 saepius, 77. 83, 4. 85. IV 117 *b*. I 119. 121, 3 sq. 151. 161. 162. 163. 206. 207 saepius. 208. 222. 227. 238. 243 bis. 250 bis. 258 bis. 269. 297. 309. 311 (29, 42, 50). 314 ter. 316. 318. 320. 333, 32. 334. 350. 374. 380. 382. 386. 397. 403 saepius. 429. 467, 93. 530. 564. 571. 572. 579. 589. 591. 610 bis. 611. 612. 613. 614. 618. 619. 621. 622. 624. 637.

Aetate imperatoria rarissime fit obviam. III 2 extr. (ad Hadriani imperium inscriptio pertinet): καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι ἀνδρίαντα ἀναϛαθῆναι ἐν ἀκροπόλει ἀρετῆς ἕνεκα ὅπως ἂν τούτων πραττομένων ἡ τῆς πόλεως φιλανθρωπία τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν ὑπάρχουσι φανερὰ πᾶσι γείνηται.

b. sequente optativo.

Duo mihi se obtulerunt exempla. Alterum est II 300 (Ol. 121, 2) ἀποφαίνουσι δ' αὐτὸν καὶ οἱ πρέσβεις — συναγωνίσασθαι τῷ δήμῳ — ὅπως ἂν ὁ δῆμο[ς ἀπαλλαγείη το]ῦ πολέμου τὴν ταχί[ϛην καὶ κομισάμεν]ος τὸ ἄϛυ δημοκρατ[ίαν ἔχοι διαλαβ]ών, alterum legitur in lapide III 5 ἐπειδὴ οἱ — νόμοι προστάττ[ουσι τῷ γένει τῶν Εὐμο]λπιδῶν [ἐπιμελεῖσθαι] ὅπω[ς ἂν ἀεὶ παραπεμφθε]ίη ἡ τὰ ἱερὰ εὐκόσμως. Et posteriore quidem loco, siquidem in lapide est terminatio IH non HI, non est quod de supplemento dubitemus, quum praesertim etiam ὡς ἂν illa aetate habeat optativum, sed de prioris loci supple-

mentis vehementer dubito et ἀπαλλαγῇ — ἔχῃ veriora esse crediderim.

Sic igitur habendum est: Athenienses in publicis privatisque monumentis ante tempora Macedonica plerumque ὅπως ἄν cum coniunctivo, et rarissime ὅπως cum Futuri indicativo nec saepius ἵνα cum coniunctivo adhibuisse. His aetate Macedonica vel paullo ante accessit nudum ὅπως cum coniunctivo, et aetate imperatoria ὡς ἄν cum optativo, et ὅπως cum optativo, et fortasse ὅπως ἄν cum optativo.

§ 2. DE CETERIS CONIUNCTIONIBUS ET PARTICULIS.

Ut est genus scribendi, quo Graeci in his monumentis (poetica enim non tango) utuntur, suapte natura simplicissimum et ab omni ornatu oratorio alienum, certisque fere formulis longo usu sacratis conspicuum, ita mirandum non est cum paucis hunc lapidum sermonem defungi coniunctionibus tum praesertim prorsus in illo desiderari largam illam interiectionum ceterarumque particularum copiam, qua Graeci scriptores mentis animique sensuum atque affectuum tanquam musicorum tonorum lenissimas discrepantias infinita paene varietate exprimere consueverant.

Praeter coniunctiones finales, de quibus egimus in capite praecedenti, corpus inscriptionum Atticarum perlustrantem advertunt hae paucae:

I. Causales ἐπειδή et ὅτι, et raro ὡς, quarum prima constanter usurpatur, ut significetur quae causa aut senatum aut populum moverit ad hanc illamve rem decernendam, aut oratorem ut aliquid populo suadeat, ὅτι vero iungi solet cum verbis sentiendi et declarandi, ut εἰδέναι, ἀκούειν, εἰπεῖν, ἐπαινεῖν, ad indicandum quid quis noverit, audiverit, dicat, laudet.

Imprimis frequenter iungitur cum ἐπαινεῖν in formulis qualis haec est I 45 ἐπαινέσαι 'Ασέαν ὅτι εὖ ποεῖ 'Αθηναίους. Cf. 51. 56. IV 16 sq. II 51. 70 cett., et occurrere solet in formula γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον ὅτι δοκεῖ κτέ., quae II 54. 55 aliisque locis non paucis reperitur. Longe rarius ὅτι significat διότι propterea quod ut II 117 *b*, et raro quoque pro ὅτι post declarandi verba ὡς ponitur, cuius rei exemplum est II 17. 53 (378/7 a. C.): ἐάν δέ τις εἴπῃ ἢ ἐπεψηφίσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης παρὰ τόδε τὸ ψήφισμα ὡς λύειν τι δεῖ κτέ. Prorsus vero inauditum est ante tempora imperatoria ἐπεί pro ἐπειδή, quod primum me advertit in titulo Hadriano non antiquiore III 5: ἐπεὶ δὲ προσήκει τοῖς ἐφήβοις τὴν τοσαύτην ὁδοιπορῆσαι ὁδὸν κτέ, neque aliud mihi innotuit exemplum quod huic addam. Incerta enim est lectio I 32. Cf. IV p. 12 col. B.

II. Temporales ὅταν, ὅτανπερ, ἐπειδή, ἐπειδάν, ἀφ' οὗ, ἕως, πρίν. Coniunctio ἀφ' οὗ, quae rarior est, legitur v. c. I 47. Ἕως et πρίν, ubi coniunctivum asciscunt, bona aetate semper iunguntur cum particula ἄν. Vid. I 37 fragm. f. m. 24. 40. 55 II 58, 25. 117. 121, 24 et add. 115 *b*, 35. II 117 *b*. 121. 578, 25 (ubi obiter s. 23 lege ὅσων pro ὅσον). 610 (sec. IV a. C.) 115 *b* add. Mitth. d. D. A. I. IV p. 201. Ἕως sine ἄν cum coniunctivo iunctum non vidi ante medium seculum alterum a. Chr., ad quod pertinet titulus II 624, cuius vide vs. 18, quare noli dubitare vitiosos esse locos antiquiorum scriptorum pedestrium, ubi ea particula in hac syntaxi desideretur. Infinitivi post πρίν exemplum legitur I 57 *b*.

III. Conditionales, sexcenties ἐάν (numquam ἤν neque ἄν ne extrema quidem aetate), et longe longeque rarius εἰ, cuius pauca adscribam exempla: I 13 καὶ εἰ μέν τι τούτων] παραβαίνοιμι, ἐξώλης εἴην κτέ., de quo supplemento nequit dubitari, IV 61 *a*, 14 εἴ τι — ἔπραξαν et ib. 23 καὶ εἴ τις — παρῆν, ubi voci ἐάν locus non erat. II 589 πλὴν εἰ. II 624 εἰ δὲ μή.

IV. Conclusiva coniunctio una tantum adhibetur, scilicet οὖν, semper iunctum, nisi fallor, cum ὅπως vel ὅπως ἄν vel ἵνα, ita vero ut numquam ponatur ante particulam ἄν, quod interdum apud scriptores fieri videmus, sed semper scribatur ὅπως ἂν οὖν. Similiter una tantum est coniunctio

V. adversativa, nempe δέ. Haec coniunctio interdum, etsi rarissime, traicitur a secunda in tertiam sedem sed in sola compositione cum ὅπως ἄν: II 311, 42 et 50 (Ol. 123, 3. 286/5) Add. 115 *b* (sec. IV med.) vs. 34 ὅπως ἂν δέ pro ὅπως δ' ἄν, quod alibi constanter reperitur.

VI. Copulativae sunt μέν — δέ, οὐδέ, μηδέ, οὔτε — οὔτε, μήτε — μήτε, καί et τε — καί.

VII. Disiunctivae sunt ἤ, ἤ — ἤ, εἴτε — ἤ. Huius, quia rarius reperitur, exemplum adscribam I 40: εἴτε φόρον δοκεῖ τάττειν τὸν δῆμον αὐτίκα μάλα ἢ ἐξαρκεῖν αὐτοῖς τελεῖν ὅσον τῇ θεῷ ἀπὸ τοῦ φόρου ἐγίγνετο, ὃν τοῖς προτέροις Παναθηναίοις ἐτετάχατο φέρειν κτέ.

VIII. Comparativae sunt ὡς, ὥσπερ, καθά, καθάπερ, καθότι.

Particulam nullam animadverti in titulis praeter conditionalem ἄν et affirmativam νή in formulis iurisiurandi νὴ τὸν Δία, νὴ τὴν Ἀθηνάαν, νὴ τὸν Ποσειδῶ, νὴ τὴν Δήμητρα. Vid. v. c. tit. sec. IV Mitth. d. Arch. Inst. II 2, 144 vs. 67 sq. 80 sq. Μά et ναὶ μά non reperiuntur.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 5 ad 1). Facio cum Weckleinio p. 36 formam ἠργαζόμην quantumvis antiquam vitiosam iudicanti, et parum me movet Choerobosci apud Cramerum Anecd. Ox. IV p. 412, 22 testimonium: τινὲς — διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφουσιν αὐτό, τινὲς δὲ διὰ τοῦ η, quod citat O. RIEMANN, Notes sur l'orthographe Attique, Bulletin de Corr. Hell. VIII p. 500. — [Eidem veram formam Atticam ἀθρόος, esse, non ἀθρόος, hodie planissime assentior, ut videre poterit ex editione mea Thucydidis].

Pag. 6 ad 3). Huc quoque pertinet εἴτηκεν II 331, 94. Vs. 4 h. p. corrige calami lapsum exeunte pro ineunte.

Pag. 8 ad 10). Semel tamen, ut corpus inscriptionum Atticarum iterum perlustrans animadverti, legitur ΜουνΤχιῶνος II 247 (Ol. 118, 3), describentis lapidem errore, ut suspicor. In TN quoque eadem forma saepius apparet, sed lapides eam describentibus obtulisse est cur dubites.

Pag. 9 ad 11). Εἰλυθείᾳ tamen habet etiam inscriptio 164 apud Rossium, quem vide pag. 95 (die Demen von Attica).

Cap. II § 1. Nominibus heterocliticis in *γένης* adde *Μοιραγένου* II 481 fr. v et *Νικογένου* II 444 (a. 200—189 a. C). bis; nominibus in *κράτης* *Τιμοκράτου* II 465 B, 72; in *μένης* *Δικαιομένου* tit. 80 ap. Rossium, in *μήδης* *Νικομήδου* II 169, 120. 481, 78; in *φάνης* *Δημοφάνου* II 469, 96 et *Σωφάνου* II 467, 136. Praeterea unum est in *τύχης*, nempe *Εὐτύχου* II 481, 79 (sec. ult. a. C.), et unum in *τείχης*, *Θεοτείχου* II 469, 86 (sec. ult. ineunte).

Nominum a me in hac § recensitorum alia exempla reperies in titulis II 406. 408. 436. 448. 461. 465, 94, 99. 467. 469, 95. 481 fr. *t*, *u* et *x*. 482, 101. 551, 65. 564, 21. 618.

Typorum aut calami errores sunt 135 pro 125 s. v. *Διογένου*, 108 pro 118 s. v. *Ἀριςοκράτου*, 467 pro 469 s. v. *Καλλικράτου* et s. v. *Λυσικράτου*, 118 pro 467, 118 s. v. *Σωσικράτου*, 91 pro 99 s. v. *Ἀλκιμένου* et 96 pro 81 s. v. *Ἀντιφάνου*.

II § 2 pag. 18. Iniuria *ἀρκεθέωρος* et *ἀρκεθεωρεῖν*, formarum novitate deceptus, ad vitiosum hoc genus rettuli. Immo vero hae ipsae legitimae formae fuisse videntur, prorsus factae ut *ἐκεχειρία* ad notissimam Graeci sermonis normam, quam in hoc genere neglexerunt qui postea scribebant *ἀρχεθέωρος*, quod legitur II 442, 17 (inc. aet.), aut *ἀρχιθέωρος*, ut scriptum est II 490, qui titulus anno 28 a. C. non antiquior est iudice Koehlero. Haec sola forma tradita est apud scriptores, facta ut *ἀρχιτέκτων*; nam reliqua fere nomina appellativa sic composita non reperiuntur nisi apud recentiores, imprimis apud Byzantinos.

P. 19, vs. 1. In posterioris aetatis titulis solam reperio formam legitimam, velut II 471, 46.

P. 24. *Εὐριππίδης*. Spiritus oculos meos fefellit. Recte enim Koehlerum scripsisse arbitror *Εὐριππίδης*, quod cum *Εὐριπίδης* nihil praeter sonum habet commune. Compares velim *Κιχήσιππος*, quod nomen legitur I 298. Idem mecum erravit Wecklein p. 39.

P. 25 post Ἱπποθωντίς haec adde: Καλιτέλης II 126, quae nominis forma nescio an aut lapicidae aut eius qui titulum exscripsit debeatur socordiae.

Ibidem post Καρθαιεῖς adde: Κάσσανδρος II 266 (sec. IV extr.). 331 (sec. III). Librarii non raro minus recte dederunt Κάσανδρος.

P. 26 ad voc. Κεφαλλήν adde: Scripturae tamen per unum Λ in Κεφαληνίας exemplum exstat satis antiquum II 184, qui titulus pertinet ad Ol. 114, 2.

ad voc. Κικυννεύς: Adde titulos II 385 (sec. III extr. aut II init.) et 481, 78 (sec. ult.) et Mitth. VI p. 311 Sed bis Κικυνεῖς esse traditur in inscr. VI apud Rossium, ut Nub. 134 et 210 est in Ravennati. Sed codicum nulla est in his rebus auctoritas.

P. 30 ad Ξυπεταιών: Genetivum habere omicron testantur tituli II 172. 251. II add. 371 B. Ross, n⁰ 100 (p. 85).

P. 31 ad Παρνήσσιος: Παρνήθιος habet Pausan. I 32, 2 et Παρνήσιοι editur ap. Arist. Ach. 348 ex Elmslei correctione pro Παρνάσσιοι (Rav.) vel Παρνάσιοι (rell. codd.). Corrigatur igitur:

ὀλίγου τ' ἀπέθανον (ἀπεθάνετ' Dawes) ἄνθρακες Παρνήσσιοι·

II § 4 p. 40 extr. pro ἐσΣυμμαχιδῶν corrige ἐσΣημαχιδῶν et e Rossii copiis adde ἐγ Κυδαντιδῶν et ἐγ Κοθωκιδῶν. Minus bona aetate saepius reperitur ἐν Μαραθῶνι, ἐν Ἐλευσῖνι, similiaque velut II 471, 69. 78. 81. Cf. Weckl. p. 40 sq.

P. 41 ad II e Rossianis adde: Ἀζηνιᾶθεν, Ἀνακαίαθεν, deinde ἐκ Λευκονοέων, ἐκ Κεραμέων, ἐκ Μελιτέων, ἐκ Μυρρινούττης, ἐκ Πειραιέων.

Iuxta Ὀῆθεν, Ross p. 128 citat Οἰῆθεν ex TN. Secundum eundem p. 86 Ὄαθεν est forma vetustior pro Ὠᾶθεν. Haec tamen iam occurrit in tit. II add. 1 *b* (403 a. C.) et

II 178 (Ol. 112, 4). Formam 'Ωῆθεν non reperio apud Rossium, sed solum 'Oῆθεν.

III p. 42 post ἀγκύρειος adde: ἀέκων pro ἄκων in lege Draconis I 61.

P. 45 init. adde: ἀρρηφοροῦσαν II add. 453 *b* (s. II p. pr.), sed ἐρρηφορεῖν est in C. I. G. Boeckhii I 431 (inc. aet.): ἐρρηφορήσασαν 'Αθηνᾷ Πολιάδι.

P. 45 post ἀσκοῦν: 'Ασμένως II 628 (sec. II a. C. exeunte). Veteres Attici utuntur adiectivo potius quam adverbio.

P. 45 post ἀστραφιστήρ: ἀσυλεὶ καὶ ἀ[σπονδεὶ] I 41. Sic II 441, 71 est αὐθημερεί, sed IV 61 *a*, 26 recte suppletum videtur π[ανδημί]. Cf. Blomfield, gloss. ad Aesch. Prom. 216, cuius tamen regula partim antiquissimo exemplo ἀσυλεί evertitur, ad cuius analogiam ἀνατεί et ἀμαχεί scribendum esse apparet, non ἀνατί et ἀμαχί. De reliquis fere recte statuere videtur.

ad voc. Articulus: Semel tamen in hac formula articulum contra morem usurpatum reperio II 222 (sec. IV extr.).

ante αὐτός insere: α]ὐτώνητα, empta ab ipsis. Mitth. d. D. A. I. IV p. 201. Notum erat substantivum αὐτωνήτης ex Isaeo apud Pollucem.

P. 46 init. insere: βιβλίον. Vid. p. 8 et sequioris formae per Υ adde exempla II 468, 25 et 482, 50 (sec. ult. a. C.).

ad voc. γεννητής: Alia huius formae exempla exstant II 470, 10 et VI, 4 in opere Rossii.

P. 48 extr. insere: δωρεάν, adverbialiter = προῖκα, gratis, ut apud Polybium, II 256 *b* (304/3): Φειδίας ὁ ἰατρὸς ἀποδέδωκεν ἑαυτὸν δημοσιεύειν δωρεάν. Tum: ἐγγυτάτω γένους I, 8. Apud scriptores iuxta hanc formu-

Iam saepius reperitur ἐγγυτάτω γένει, vereor ut recte.

P. 50, vs. paenult. l. ἐγδάκτυλος.

P. 51 post ἐπαινεῖν adde: ἐπάλξιον II 167, 56 (Ol. 111, 3 — 113, 3). Deminutivum non legitur apud scriptores. Saepius in eadem inscriptione est ἔπαλξις.

P. 55 post Infinitivus futuri insere: Infinitivus finalis, sine ὥστε vel ὅθεν I 319 ξύλα ἐωνήθη τὼ κλίμακε ποιῆσαι — καὶ φάρξαι τὸ βάθρον τοῖν ἀγαλμάτοιν. Sed II 610 est: ὑπολιμπάνειν δὲ ὕδωρ τῷ ἐνοικοῦντι ὥστε χρῆσθαι.

P. 59 ante ξυμβάλλεσθαι insere: ξοΐς, scalprum II 167, 40 (Ol. 111, 3 — 113, 3). Cf. Anth. Plan. 86, 4.